Qua pulchra tabernacula. Orig. De bone domus tue iacob 7 tabernacula tua israel etc. Non terrenas domos laudat que non erant apud eos propter ceteras gentes. Sed populus diuinus erat per tribus tribus per plebes plebes per cognationes cognationes per domos familiarium domus per nomen hominum per capita numerabantur hoc est omnis qui erat a viginti annis 7 supra masculus qui ad bellum procedere poterat hoc in spiritu pigridens extollebat. Nec solius littere commendanda est sententia assumpta enim parabola loquitur. Si enim consideres diuisiones 7 ordines populorum qui in resurrectione in vero israel erunt cum quisque resurget in ordine suo. Si potes intueri tribus suas 7 cognationes in quibus non tantum carnis 7 sanguinis cognatio que mentis 7 animi intelliges quod bone sunt domus iacob 7 tabernacula israel. Est autem domus res fundata 7 stabilis 7 certis terminis septa tabernacula eorum qui semper in via sunt 7 ambulant nec itineris terminum reppererunt. Iacob ergo habendus est in eorum personis qui in actibus perfecti sunt. Israel vero sunt qui sapientie 7 scientie student. Quia ergo actuum exercitia certo fine clauduntur non enim sine fine operum perfectio ubi impletur quis omnia que facere debuit ipsa enim operum perfectio bona domus dicitur. Eorum vero qui sapientie 7 scientie student quia nullus finis est. Quis enim finis dei 7 terminus sapientie erit quanto enim quis accesserit tanto profundiora inueniet in comprehensibilis est enim sapientia dei eorum domos non laudat quod non puenerunt ad finem sed tabernacula miratur in quibus ambulant semper 7 proficiunt 7 quanto proficiunt tanto proficiendi via augetur 7 inmensum tendit ideo tabernaculum nominat. Si quis autem scientie cepit aliquos profectus 7 aliquid experimenti scit quod ubi ad aliquos venient theoreticam 7 agnitionem spirituum ibi anima quasi in tabernaculo moratur. Cum ergo ex his alia que repperit rimatur 7 ad alios proficit intellectus quasi eleuato tabernaculo tendit ad superiora 7 ibi collocat animi sedem sensuum stabilitate confixam deinde ex ipsis aliis inuenit quos priorum sensuum consequentia patefecit ita semper ad priora se extendens tabernaculis incedit. Nunquam est enim quando anima scientie igniculo succensa oceanum possit 7 quiescere sed semper a bonis ad meliora 7 a melioribus ad superiora pronocatur. Hoc ergo iter sapientie dei grandi 7 multo decore scripsit dicens ut memora vmbria tua 7 vt paradisi super flumina etc.

Ut ualles nemorose. Alij. Nemorosa vmbria. Qui iter sapientie incedunt nemora sunt eis omnis ceteris iustorum 7 choris prophetarum sub vmbra enim sensuum quos apud eos scriptos inueniunt refrigerantur anime eorum 7 in doctrina eorum quasi incedentes per opaca nemorum delectantur.

Ut orti iuxta flumina. Idem. Et sicut paradisi super flumina. Inueniunt isti paradisos super flumina similes illi in quo lignum vite est.

Dixit homo cuius obturatus est oculus. Dixit auditor sermonum dei qui visionem omnipotentis intuitus est. qui cadit 7 sic aperiuunt oculi eius.

Qua pulchra tabernacula tua. Quia pulchra tabernacula tua. Quia pulchra tabernacula tua. Quia pulchra tabernacula tua.

Sunt enim flumina scripture euangelice vel apostolice vel celestium virtutum erga hominum animas adiutoria. Rigant enim ab illis 7 inundant 7 ad omnem scientiam 7 agnitionem celestium nutriunt. Quasi enim christus flumens sit qui legitur cuncta terra 7 spiritus sanctus non solum ipse flumens est sed his quibus datum est ut flumina de ventre eorum procedant. Pater quoque dicit me dereliquerunt fontem aque viue ex quo flumina ista procedunt. His fluminibus inundata tabernacula israel sunt sicut tabernacula que fixit dominus tabernacula

irrigui: vt tabernacula que fixit dominus: quasi cedri ppe aquas

fluat aqua de situla eius 7 semen illius erit in aquas multas.

Tolle tur propter agag rex eius: 7 aufere regnum illius. De eduxit illum

am credentis populi de gentibus congregati corpora simul laudari 7 amingdomus iacob de corporibus dicat sic in quodam libello legitur quoniam iacob domus sit israel corpus eius iacob dicat 7 anima israel. Iacob ergo corpus laudabile est in continentia 7 castitate. Tabernacula vero israel anime profectus quibus conuenit nomen israel a videndo deum. Ista ergo tabernacula sunt sicut tabernacula que fixit deus. Illa scilicet que ostendit moysi cum tabernaculum construere dicens. Vide omnia facias secundum typum qui ostensus est tibi in monte. ad horum imitationem debet israel facere tabernacula 7 quisque nostrum. Hinc videtur contigisse ut petrus 7 andreas 7 filij zebedi arte piscatores inuenirent paulus vero faber tabernaculorum 7 illi mutant in piscatores hominum 7 paulus per christum vocatus apostolus simili artis sue transformatoe ad celestia tabernacula constituenda transfertur. Tabernacula enim facit docens viam salutis 7 beatorum in celestibus mansionum 7 ab hierusalim usque ad illiciam ecclesias construit. Facit autem tabernacula ad similitudinem eorum que in monte ostendit deus moysi sed vniuersis que de egypto exiit 7 habitat in deserto in tabernaculo debet habitare 7 die festum agere. Sicut enim commemoratio fit egressionis ex egypto per pascha 7 azima ita commemoratio in deserto fit memoria per tabernacula. In tabernaculis enim habitauerunt patres vestri in deserto hoc oportet fieri ex verbis legis 7 prophetarum 7 psalmodum. Cum enim ex his que scripta sunt proficit anima 7 que retro sunt oblitiscens ad anteriora se extendit 7 ex augmento virtutum 7 imitatione profectuum in tabernaculo merito dicit habitare.

Cedri. Dei scilicet que suscipiunt palmites vitis de egypto transfate. In quibus requiescit ille fructus cuius vmbra operuit montes.

Et semen illius etc. Idem. Exhibet homo de semine eius 7 domina bitur genibus multis 7 exaltabitur gog regnum eius. Deus deduxit eum ex egypto. Sicut gloria vnicornis etc. Christus exiit de semine israel secundum carnem qui dominatur in gentibus. Unde. Dete a me 7 dabo tibi gentes hereditate tuam etc. Hoc interpretatur super tecta 7 hic non pro gente ponitur ut putatur sed ut in multis ipse sermo hebreus non interpretatur relictus est. Est enim sermonis consequentia talis 7 exaltabitur super tecta regnum eius 7 cetera. Exaltari autem super tecta de perfectione credentium dicit crescere autem de multitudine. In his ergo qui perfecti sunt super tecta exaltatur regnum christi super eos qui in supernis sunt. Sunt enim forte aliqui in celestibus qui rebus aliquibus plus proficiunt 7 alius exaltantur hi qui in regno christi sunt. unde. Qui in tecto est non descendat aliquid tollere de domo. Qui enim ad excelsum perfectionem venerunt non debent ad huius mundi (qui domus appellatur) humilia descendere et alibi. Quod audistis in aure predicare super tecta. Rescit autem regnum eius dum multiplicatur ecclesie numerus usquequo ponat pater inimicos omnes sub pedibus eius 7 nouissimum inimicum destruat mortem.

Eduxit illum. Deus eduxit eum ex egypto post mortem scilicet herodis. Unde. Ex egypto vocauit filium quod ex hoc loco videtur assumptus 7 euangelio insertum vel de osee propheta.

Post mortem herodis. vel de seculo eduxit illum pater ad senectipsum.

ergo tabernaculis compat. Possimus enim dicere domos iacob esse legem 7 tabernacula israel prophetas. Non enim ipsum iacob sed domos eius laudat nec ipse sed tabernacula eius cum reuelati fuerint oculi eius. Sed enim velam positum est super lectionem legis 7 prophetarum non videtur bona tabernacula nec laudabiles domos. Sed cum intelligitur quod spiritalis lex est 7 propheta amota littera que occidit 7 percepto spiritu qui viuificat videtur etiam

et viam faceret eis qui de hoc mundo assensuri erant ad deum. **Cuius fortitudo similis est.** Omnia enim demonum regna efficiens unum suum regnum quasi veri unicornis fundavit in gloria. cornu enim regnum significat.

Deuorabunt. Edet gentes inimicorum suorum: et crassitudines illorum medullabitur. Gentes scilicet quas inimici sui possidebant ipse edet destructa virtute inimici: et crassitudines illorum medullabit cum de his sensum crassum et carnalem extenuabit

et conuertet ad intelligentiam spirituales. Crassitudo autem in malo ponitur: sicut illud. In crassum est cor populi huius. Et alibi. Satiatus est et incrassatus est et recalcitrauit dilectus. Edit ergo gentes et cibum habet eos qui credunt in se. unde. Deus cibum est ut faciam voluntatem eius qui misit me. cuius scilicet voluntas erat ut gentes conuerterent ad fidem. Subtilitas autem laudabilis est: quia et spiritus sapientie qui intelligibilis et sanctus est: et vnus et multiplex dicitur et subtilis.

Et perforabunt sagittis. Lxx. Et iaculatus sagittabit inimicum. Christus enim verbis suis vicit diabolum: et omnes contra dicentes superat et confringit. omnis enim qui peccat inimicus eius est dum peccat. Si autem verbis dei confixus peccata sua agnoscat

conpungatur: et ad penitentiam conuersus iaculis eius confixus dicitur. **Accubans dormiuit.** Si intellexisti quantum requie habeat iter sapientie: quantum gratie: quantumque dulcedinis: noli dissimulare. noli negligere: aggredere iter nec beremi solitudinem phoreas: habitanti enim in huiusmodi tabernaculis occurret manna celeste: et angelorum panem manducabis. Incipe tantum cito in consortium tuum uenient angeli quos significat cedri.

Quam suscitare. Lxx. Quis suscitabit eum? Nunc enim a patre suscitatus dicitur. nunc ipse templi corporis sui suscitare se dicit. ideo quasi peccantis significatur affectus.

Qui benedixerit. Qui benedixit christo benedixit in conuersione patris benedictionis assumpti. Qui autem maledixit. maledicti sunt. Iudei qui maledixerunt christo lacrimabiliter maledicti sunt. Quid enim posset illis euenire qui maledixit sapientie veritati et vite nisi ut ab his omnibus exules iaceant: Hec enim omnia christus est.

Qui maledixerit tibi etc. Ori. Ego puto quod non solum maledicat christo qui sermonem aduersus eum. profert maledictum: Sed etiam qui sub nomine christiani male agit: turpiter uiuit: et inhonestis verbis aut factis nomen eius facit blasphemari. Sicut non solum deum benedicit: quod sermone solis sed actibus vite et moribus facit nomen dei benedici.

Dominus priuauit. Ostendit dominus quia etiam balaam intellexit non iam demonum ministerio recipi balaam: sed dei virtute ad meliora transferri.

Non potero preterire. Sciens balaam quod non sibi per ministros solitos responsa referent: sed ab eo qui habet omnium potestatem recte videtur prestatus se non posse preterire verbum domini: vel proferre aliquid boni vel mali ex ore suo. Qui enim loquitur non potest sacrificijs vel muneribus permutari. apud quem non est transmutatio: et ideo non potest sacerdos mercede mutari ubi deus muneribus non mouet. Discessurus tamen balaam incipit iterum prophetare. Et dicit consilium deo tibi etc.

de egypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius: ossaque eorum con-

fringent: et perforabunt sagittis. Etiam de passione christi prophetat balaam. sicut in cruce positus principatus et potestates triumphauit. sicut leo in prectis. catulus leonis in puillis. Accubans dormiuit ut leo: et quasi leena quam suscitare nullus aude-

bit. Qui benedixerit tibi erit et ipse benedictus. Qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur. fratris quarta. prophetia. similia in superioribus prefatione premissa sunt usque balaam contra balaam conpulsus manibus ait: Ad maledicendum

inimicis meis vocaui te: quibus e contrario tercio benedixisti. Reuertere ad locum tuum. decreueram qui deus magnifice honorare te: sed dominus priuauit te honore dispo-

Dabo tibi consilium. Ori. Veni consilium deo tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouissimis diebus. Et assumpta parabola sua ait etc. Velim requirere quis sit hic sensus vel ordo verborum: Consilium enim dare non videtur: sed ait quid facturus sit hic populus populo tuo in nouissimis diebus. Cum videret conueniens dici. veni propheta tibi quid facturus sit populus hic populo tuo: et essent consequentia ut videretur balaam prophetare de his que populus israel facturus esset populo balac vel ceteris gentibus ut non re-

sponderet et verbis moab illum saluum

Nonne nuncijs tuis quos misisti ad me dixi: Si dederit michi balac plenam domum suam argenti et auri non potero preterire sermonem domini dei mei: ut vel boni quid vel mali proferam ex ore meo: sed quidquid dominus dixerit hoc loquar:

Verumtamen progens ad populum meum dabo tibi consilium quid populus tuus huic populo faciat extremo tempe. sumpta igitur parabola rursus ait: Dixit balaam filius beor dixit homo cuius obrutus est oculus. dixit auditor sermonum dei qui nouit doctrinam altissimi: et visiones omnipotentis

linqueret et verbis moab illum saluum. Hec prophetia quoque qua de christo coniungitur et dicit. Orietur stella ex iacob etc. conuenienter posita videretur si diceret. veni et propheta tibi. Sic ergo intelligendum est consilium deo tibi diuinitus scilicet quod in nouissimis diebus implendum est: mihi nunc reuelatur aperio tibi et manifestabo: ut scias quid populus hic faciat populo tuo: hoc est. consilium dei tibi manifestabo. Si militer etiam intelligendum puto quod apostolus ait: Quis cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit: hic enim quis non pro nullo: sed pro raro et pro extremis habetur. Cognouit enim filius sensum dei qui dicit: Nemo nouit patrem nisi filius: et qui voluerit scire. Que scit ergo pater scit et filius: et consilium eius et sensum. Spiritus quoque qui scrutatur alta dei: sensum eius agnoscit. Filius ergo qui agnoscit sensum dei consiliarius eius est: non quia ignoranti quid agat consilium dei filius aut spiritus: sed consilium et voluntatis eius particeps et sciens est. Balaam ergo quod consilium quod reuelauerat ei deus precipere faciebat balac ait: Veni consilium deo tibi: tanquam qui vere videns sit et vere audierit.

Dixit balaam etc. Ori. Dixit balaam filius beor. Homo vere videns et vere audiens sermones dei sciens scientiam excelli etc. Hoc non facile de quolibet prophetarum scriptum reperitur. Miror ergo quomodo de balaam scriptum est: cui nec hoc dicere concessum est quod in prophetis in usu est. Hec dicit dominus sed ait. Dixit balaam etc. Quomodo scit scientiam excelli? Qui etiam balac vocauit quomodo mitteret scandalum coram filiis israel ut manducarent immolata et fornicarentur. De apostolis enim vix inuenitur dictum quod sciant scientiam excelli: quous paulus dixerit se audisse arcana verba que non licet homini loqui. non est professus se habere scientiam excelli. In ecclesiastico dicitur. Omnis sapientia a domino deo est. Quod fortasse ita intelligere possumus quasi a deo sit etiam sapientia mundi que destruetur: et principum mundi: et si qua est per quam falsa scientia commendatur. Sed in sequentibus legitur non est sapientia malicie disciplina: ubi docetur quod omnis disciplina que falsum asserit etiam si veremens videatur et verisimilis: tamen non debet sapientia dici. Sed omnis sapientia a deo est: omnis peritia que vel erga aliquam artem vsui humano necessaria habetur: vel cuiuslibet rei scientia a deo data. Unde in iob dicitur. Quis dedit mulieribus texendi sapientiam et varietatis disciplinam? Et de beselebel dicit dominus. Repleui eum spiritu sapientie et intellectus ut in omni ope intelligat: et sit architectus ad operandum argentum et aurum etc.

Hoc ergo scientia ab excelso est. Quis non geometrica ex qua scientia architectonica deriuatur? In zacharia quoque funiculus geometricus dicitur: in quo angelus hierusalem metitur. Quid de musica cuius peritia ita attingit dauid: et melodie et richmorum disciplinam: ut et his omnibus sonos inueniret quibus etiam regem uexatum a spiritu maligno mitigaret: De medicina vero scientia nec dubitandum puto. Que enim scientia magis est a deo quam

margin notes on the right edge of the page, including phrases like "videtur", "dabo", "conuenienter", "intelligendum", "agnoscit", "scientiam", "disciplinam", "magis est".

sanitatis in qua etiam herbarum vires et succorum qualitates ac differentie noscuntur. Scientia ergo balaam per qua vocatur et de mesopotamie montibus ab oriente habet originem ab excelso. Unde novit naturas animalium vel motus animarum vel differentias vocum et quod accepit ad scientiam bonorum contulit ad usus malorum velut si medicus venenarius fiat et per remedia morbos per sanitatibus moribus inferat. Ut autem amplius sciamus totius sapientiam a deo originem trahere ab hominibus autem mali propositi vel etiam a demonibus corruptelas quasi dicitur sapientie dei miscuitur declinari ad malum. Notandum est quod dedit dominus danieli et sociis eius scientiam et intellectum et prudentiam in omni arte grammatica et danieli dedit intellectum in omni verbo et visione et somniis et inveniuntur a rege decem sapientiores quam sophiste et philosophi et cantatores et magi qui erant in omni regno eius.

Et his oibus colligitur quomodo balaam dixit de semetipso sicut intelligatur quod oritur totius scientie ab ipso cepit exordium sed vicio humane malicie conspiciantibus et insipientibus demonibus in perniciem versa sunt que pro utilitate concessa sunt.

Gre. Dixit homo cuius obturatus est oculus dixit auditor sermonum dei qui ratione omnipotentis intuitus est qui cadit et sic aperitur oculus eius. Refertur impius mala que facit nisi cum pro eis puniri cogerit. Consilium balaam contra israelitas habuit sed post in pena vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autem quod nec peccare debeant provident oculi eorum ante casum patent. Iniquus vero post casum oculos aperit quod post culpam iam in pena conspiciat quod malum debuit vitare quod fecit.

Qui cadens. Sepe malus eterna iudicia admiratur predicatorem celestis patrie cum audit diligit et opera diuine dispositionis obstupescit. Faciens ergo miracula considerat quia dei potentiam sciendo pensat sed vivendo non amat.

Uidebo eum sed etc. Alia littera ostendat ei et non modo. Beneficentia et non appropinquat. Hec ad illos quorum personam gerit referunt. Quia doctores legis et scribe ostendunt christum lege et prophetis promissum sed non modo in quo dicitur venit sed cum plenitudo gentium introierit tunc ostendat tunc beatificabitur que modo blasphemant. Sed tempus quo hec futura sunt longe est et in fine seculi. Ideo ait ostendat illi in populo qui tunc saluabitur sed non modo.

Non modo. Cum ista loquor. Quia ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum.

Orietur stella ex iacob etc. Ori. De hac stella in evangelio dicitur quia veniens stetit super ubi erat puer. Sed si inde discessit vel euangerit vel assumpta sit vel quid omnino inde factum fuerit non dicitur. Sed forte sicut in baptismo super christum spiritus quasi columba descendit et mansit super eum et vox patris audita est. Sic est filius mens dilectus ita et stella que venit super ubi erat puer et stetit in christo permansit. Et sicut ibi venisse spiritus dei super eum et mansisse in eo ita accipimus quod nunquam ab eo recessit spiritus dei ita stella que venit et stetit super eum nunquam discessit. Ideo diuinitatis eius iudicium illam stellam fuisse opinor. Ordo quoque prophetie idem ostendit eum de diuinitate dicit. Orietur stella ex iacob. De humilitate vero: Exurgat homo ex israel ut vtriusque euidenter prophetatum appareat.

Et percussit duces. Principatus et potestates affliges cruci. Alio non potest saluare moabitae nisi prius vastasset duces impietatis.

Vastabitque omnes. Idem. Et predabitur omnes filios seth. Iste est seth filius adam de quo dicitur est. Suscitauit mihi deus seminem aliud pro Abel quem occidit caym. Ab hoc enim omne humanum genus quod enim caym fuerant diluuium perierunt. Filii ergo seth omnes homines. Predat ergo accipit omnes filios seth victis demonibus eos scilicet qui sub eorum dominatione tenebantur quos christus quasi victorie predam ducit et spolia salutis reportat. Unde ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Captiuitatem scilicet generis humani quam dyabolus ad perditionem cepit christus captiuam duxit et de morte reuocauit ad vitam.

scilicet intentionem a terrenis non leuat. scilicet contemplatione in consideratione oculos tendit. videt quod cadens aptos habet oculos. scilicet christum de quo dicitur stella ex iacob etc.

Uidebo eum sed non modo. In

uidebo illum sed non prope. Orietur

stella ex iacob et oriatur virga

de israel et percussit duces moab

vastabitque omnes filios seth. Et

erit ydumea possessio eius heredi

Et erit ydumea. Idem. Et erit edom hereditas eius scilicet esau inimicus eius etc. Edom idem est qui esau. Sic secundum hystoriam inimicus est israel. Sed in aduentu christi ipse erit hereditas eius id est ad fidem recipietur. Non excludetur ab hereditate christi. Spiritualem ergo edom in caro intelligitur qui spiritu aduersatur et est inimicus eius. Sed in aduentu christi cum subiecta caro fuerit spiritui per resurrectionis spem ipsa etiam ad hereditatem veniet non enim sola anima sed et caro que aliquando fuerat inimica per obedientiam spiritus confors future hereditatis existet.

Israel vero fortiter ager. Ori. Et israel fecit in virtute. Quia scilicet tunc edom vel esau id est carnalis natura in hereditatis societate vocabitur cum israel id est anima facta fuerit in virtute decenter virtutibus repleta. Si enim anima ad virtutes non veniat sed pleneret in ignauia nec caro ad hereditatem veniet sed ad iudicium illius qui potest animam et corpus perdere in gehennam.

tas seyr cedet inimicis suis. Iherusalem. scilicet in virtutibus abiecta ignauia. scilicet si christus secundum carnem.

Non fortiter ager. De iacob erit que

dominetur et perdat reliquias

terrarum. Quia vidisset ama

lech assumen parabola ait.

Principium gentium amalech cui

perdat reliquias etc. Idem. Perdet literatum de ciuitate. Videamus si forte hoc modo possit explanari. Ciuitate hic mundum intelligamus sicut in euangelio de luxurioso filio dicitur qui dissipauit substantiam patris. Accessit inquit ad quandam primarium ciuitatis in regione illa a quo receptus in agrum mittit porcos pascere. Hec ergo ciuitas cuius ille primarius erat mundus est. Igitur de hac ciuitate liberatum id est quem de hoc mundo christus liberat perdit eum dicens qui perdit animam suam propter me saluam faciet eam. Salubriter ergo huius perdit quem de hoc mundo eruit. Si volumus ergo ad salutem venire et de mundo liberari perdamus animas nostras perditione necessaria et vili perdit enim animam secundum christum qui desideria eius refrenat cupiditates refecat luxuriam et resolutem castigat et in nullo facit voluntatem suam sed dei. Per hec dicitur perire anima perit enim vita eius prior et incipit noua que est in christo cui si commouimus etiam conuincemus.

Principium gentium amalech. Quod hoc ad hystoriam amalech referri potest. Non enim primus erat antiquitate sed ad spiritalem qui declinando populos a deo et faciendo gentiles ex dei cultoribus amalech nominatur. Et initium gentium dicitur quia initium dedit ut homines fierent gentiles mutando gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis ut enim in populo dei christus est initium sic in populo qui declinat a deo et gentilis efficitur amalech.

Ori. Initium gentium amalech et semen eorum peribit. Scriptum est in genesi. Et reges hi conuenerunt ad fontem iudicii hic est cades et interfecerunt omnes principes amalech et amorgos. Sed quiritur vtrum sint due gentes eiusdem nominis amalech quod in catalogo filiorum esau scriptum est. Iste sunt generatioes esau patris edom in monte seyr. Et hec nomina filiorum esau elyphas filius adas uxoris esau. Fuerunt autem filii elyphas amar sophar gothon genes tamna. Tana autem fuit concubina elyphas filii esau et hec peperit amalech ipsi elyphas. Et isti sunt filii adas uxoris esau. Et post pauca et hi sunt duces ex filiis esau filii elyphas qui sunt primo generis esau. Dux theman dux gomor dux sophar dux cyne dux choro dux gothon dux amalech. Hic igitur amalech fuit filius elyphas primo generis esau de concubina tamna. Redeamus autem ad primam commemorationem de amalech ubi hi qui reuersi sunt et reuerunt ad fontem iudicii qui vocat cades interficiunt omnes principes amalech. Cades enim interpretatur sanctificatio vel sanctum amalech vero ablingens populum vel declinans populum. Qui ergo reuertuntur ad sanctum et conuertunt se ad sanctificationem interficiunt amalech qui scilicet ablingit populum vel declinat. Hec est contraria virtus et nequitie spirituales que declinat populum a deo. Horum principes sunt principatus contra quos sanctis est colluctatio quos tamen superare non poterunt nisi conuertantur ad sanctimoniam que est cades et in ipsa est fons iudicii. Omnis enim qui se ad sanctimoniam vertit habet semper ante oculos fontem iudicii prospicit et diem iudicii et purificato corde tam malorum per nas quam priorum beatitudines conuertitur quod faciens amalechitarum principes persternit. Alii vero subiungunt principibus amalech. Hos enim ablingit et

consumit. et talem populum declinat a deo. hęc ad illum primū referuntur amalech. Videamus et istū amalech filium elyphas primogeniti esau quē peperit ei tam pna concubina. Cuius pater elyphas interpretat: deus me dispersit. mater tam pna. primo quidē degener: deinde defectio cōmota. Necessario qui ab his gignitur hostis israel est. ablingens vel declinans pplm. Primus enī hebreos egressos de egypto agressus est in raphadim cum moyses dixit ad hielum. Elige tibi viros: et cōstige cum amalech zc.

Et p^o pauca scriptū est: quia fugavit ibs amalech: et pplm eius gladio deiecit. cū dominus dixit ad moy sen. Scribe hęc ad memoriā i libro 7 da i auribus hielu quia delens telebo memoriā amalech de sub celo. Et edificavit moyses altare 7 nomi nauit nomē eius dominus refugiu meū. 7 ait. Quia in manu occulta dominus expugnat amalech a generatione in generatione. Vide quid debeat i telligi amalech quez manu occulta i inuisibili expugnat deus a generatione in generationem.

In deuteronomio quoqz scriptū est. Memento quāta fecit tibi amalech cum exisses de egypto. quō obstitit tibi in via 7 excidit caudā tuam. omīs qui laborant post te zc. Nota quō amalech obstitit plo dei in via nō tū potuit eius caput abscidere: sed caudā i. eos qui retro vltimi sequebātur: nec ea q̄ retro erāt obliuiscētes extēdebant se ad anteriora. Vñ. Nemo mittēs manum suā ad aratru 7 aspiciens retro aptus est regno dei. Qui enī retro inuentus fuerit in cauda abscidet eum amalech. In libro etiam regum ait samuel ad saul. Hęc dicit dominus de virtutū: Recogitauit oīa que fecerit amalech aduersum israel. qñ pcessit eum in via cū ascenderet ex egypto: nunc ergo vade 7 pcutē amalech: 7 anathematiza omīa q̄ hēt 7 nemi parcas zc. Paulo post. Penitet me qz vixi saulem in regem. Et hic ergo obserua quō deus per prophetam precipit sauli: vt expugnaret amalech: 7 nō peat cuiqz. 7 qz peperat: offensam occurrit iexpiablem: vt cōtra naturam suā deus diceret. pcutet me quia vixi saul in regem. Nō ergo parcamus illi qui declinat populum vel ablingit 7 deuorat. Inuisibilis amalech qui volentibus ascendere de egypto 7 de mundi tenebris conscendere ad terram pmissionis resistit in via 7 ipugnat: si inuenierit lassos defectos retro aspicientes: in vltimis 7 in cauda positos abscidit 7 pimet. Ideo tendendū est ad anteriora: 7 in verticem montis ascendendū 7 semper leuandē manus in oratōe ad celum: vt ita demū vincat amalech. Dauid cū multa bella gessisset: 7 cōtra allophilos fuisset ei acerrimi frequentelqz cōflictus: non scribitur obtinuisse regnum: nisi prius domuisset amalech. Vnde etiā regressus ē dauid postqz cecidisset amalech: 7 suscepit regnū saul: cum tñ amalech scribatur multas prius strages fecisse i populo israel: 7 incendisse plurimas vrbes. Ante aduentū enim veri dauid: qui natus est ex semine dauid. spirituales amalechite: i. contrarie virtutes mltas strages fecerūt i populo israel: 7 ipsius dauid captiuauerūt duas vxores iudcum. s. 7 gentilem pplm. Omnes enī cōstat sub peccato fuisse. sed nō in his rerū exitus mansit. Adueniens autē dauid: inuenit dispersos amalechitas manducantes 7 bibentes 7 exultantes pceda: 7 cecidit eos. 7 post hanc cedem regressus suscepit regnū. De hoc ergo amalech: ait balaam. Inuium gentiū amalech: 7 semen eoz peribit. Semen eoz est psualio et doctina qua docent hoīes declinare a deo. hoc ergo pibit. nō ipsi in q̄bo seminatiū est: ipsi enī cum conuersi in gemerint salui erunt. Hęc expositio illis obstitit qui deū legis duricie 7 crudelitatis accusant: qui nō solū gentem amalech: sed 7 semen eius pnuunciant periturū cū gens ad spirituales nequitias referat. Semen vero doctina gentiliū superstitionuz 7 cultus ydoloꝝ: 7 omnis secta q̄ a deo pplm declinat exponatur.

Udidit quoqz cynem. Idem. Et videns cynem dixit: valida habitatio tua: 7 si posueris nidum tuū i petra. Et si fuerit tibi teoz nidus astutię assirij captiuū te ducet zc. Teoz pater est balaam: hereticos figurans. Et dicit qz saluus possit esse cynus si ponet in petra. i. in xpo nidū suū: spem. s. nec hereticoꝝ circūdet eum 7 circūscribat astutia. Si enī fecerit: nichil pderit qz in petra locatus videtur ab assirijs enī captiuū ducet malignis. s. spiritibz a q̄bo heretici captiuant. Videt hui⁹ expositōis

extrema perdentur. Udidit quoqz cynem. 7 assumpta parabola ait Robustum quidē est habitaculū tuū: sed si in petra posueris nidū tuū 7 fueris electus de stirpe cyn q̄diu poteris pmanere: Assur enī capiet te. Assumptaqz parabola: iterū locutus ē. Deu q̄s

7 coniunctio cōtinuare sensum. sed vernaculus est hebrez linguz in cōiunctione frequēter vti: vt iterū abundet. Habet enī vnaquęqz lingua aliquid ppteratis qd apud alias videt viciosū. Sic ergo 7 cōiuncto abundat 7 lupfuit. Caueat ergo cynus qui interpretat possessio: q̄ nis possideat istam gratiā vt in ecclesia xpi sit: ne forte astutia hęc circūueniat eum. 7 declinans ad pnaa dogmata tradat assirijs: qui enī blasphemāt in ecclesia positi tradunt sathanę vt discant nō blasphemare. Tradunt autē assirijs qui interpretantur dirigentes nō vt penitus pereant: sed dirigant 7 corrigant 7 discant nō blasphemare.

secūm deū nō cōmuni vita. victurus est quādo ista faciet dominus: Venient in trieribus de yralia: superabūt assyrios: vasta buntqz hebreos. 7 ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitqz balaam 7 reuersus est in locū suū Balac quoqz via q̄ venerat rediit

secularis sapiētę callent: q̄ vere sibi robustum habitaculū cōstruunt: si se infirmos sentiant: 7 i excelsa humilitate xpi fouendam mentis fiduciā ponunt: 7 omne qd pterit cordis volatu transcendunt.

Electus. Electi de numero sapientiū: veritatis inquisitores vita viuunt ppetua. vnde. Qui eludant me vitam ete. ha.

Assur. Diabolus. s. cui heretici tradunt dirigendi 7 corrigendi.

Parabola. Sepe parabolice loqui dicit: ne quid in his: nō quasi parabolam: sed fm litteram accipiamus.

Quis victurus. Tam sicut qui hęc videat: sentiat: intelligat: 7 credat qz hęc ita fecerit deus.

Quādo ista faciet do. Cum scz oriatur stella ex iacob. surget hō ex israel: 7 delebit amalech 7 semen eius pibit. Id est. cum veniet xpus: 7 cultū ydoloꝝ destruet: 7 demonū potestatem subiciet.

Venient zc. Videtur significare qz iuxta incarnatōem dñi veniēt romani assyrios hebreos 7 omnes orientales superaturi: 7 tandem regnū pdituri fm statum danielis. Vel qz in aduentū xpi. in fine temporū quod pars occidentalis significat: omnia regna mundi gladio spiritus. i. verbo dei superent: 7 in tpe antichristi cesset pdicatio euangeli.

Ori. Et eribunt de manibus citioꝝ. 7 affligent assyrios. Aut inter pretant plaga finis. Qui ergo cōuersi ad deū 7 a xpo eruditi plagam q̄ in fine seculi ipsi veniet effugiant affligent assyrios. Id est. hi quibus in agone positis cōteret deus sathanam sub pedibus affligent assyrios. i. demones. Calcabunt enī sup serpentes 7 scorpiones 7 super omnem virtutem inimici.

Hebreos. Hebreus est qui de egypto transit ad terrā pro. de tenebris ad lucem. de morte ad vitam. Sed nō sine magno certamine potest obtinere. Affligit ergo 7 affligitur. cedit aduersarium 7 cedit: affligunt q̄ assyrij hebreos. i. pplm dei: sicut affligunt ab eis.

Etiam ipsi peribunt. Idē. Et ipsi p̄ peribūt. Nō cū hebreis. s. sed pariter. i. statim vt hebreos afflixerint. Pariter enī grecus sermo pro statim ponit. Hic ergo erit finis omnīū vt assur cui tradebant delinquentes in populo dei: vel in interitū carnis vt spiritus saluus fieret: vel vt disceret non blasphemare: pereat etiā ipse ab eo qui potestatem habet perdere i gebennam qui dicit eis: Ite i ignem eternū. qui p̄. est d. 7 a. eius. Perijt vna onis de centā: sed hanc bonus pastor relicta non agnūtanouem i montibus descendens ad hanc vallem lacrimarū. 7 requirens inuenit. et impositā humeris reportauit. Iste autē assur qui in fine omnīū dicit p̄. rus. Nescio si aliqñ aut queri possit aut inueniri. perijt ergo nō errore s; iudicio. nō lapsu motus: sed pscuerantia obturatus. Qd enī scriptū est: Ego occidā 7 ego viuere faciā. deducā in infernū 7 reducam: nescio si generaliter ad omīs aspiciat an ad eos tantum quos deceptio dyaboli deduxit in mortem.

Surrexitqz balaam. Quia balaam dei virtute pstrictus nō potuit israel maledicere volens regi placere. ait. Veni cōsilium do ti. sed cōsilium nō apuit: qd tamē refertur i fine huius libri. sed plenius vbi iobes ait. Habes ibi doctinā balaam: qui balaam docuit vt mitteret scandaluz

Marginal notes on the right side of the page, including a large initial 'M' and various small annotations.

In conspectu filiorum israel: ut manducarent ydolis imolata et fornicarent. Quasi populus hic non propriis viribus sed deum querendo vincit et pudicitiam conservando. Deinde pudicitiam et sponte vincitur non virtute militum sed deo mulierum pugnandum est forma vincit armatos: ferrum pulcritudo captivat. Vbi senserint eos mulieres manus dedisse libidini: non se prius cupientibus prestant quod de sacrificijs ydolorum comedant: et consecrentur beelphegor. Rex vero balac continuo consilio paruit.

C. XXV.

Et fornicatus est populus. Ori.

Ista historia nos edificat docet quod aduersus nos militat fornicatio. Sed si habuerimus arma apostolice luxurie tela non nocerent nobis. Id est si habeamus lozicam iusticie: galeam salutis gladii spiritus quod est verbum dei: et scutum fidei: calciam pedes in preparatione euangelij pacis. Si hec arma propinqua dyabolo locum damus: et captiuat nos omnis demonum chorus et depertra nos irascitur nec solum in presenti sed in futuro puniemur. Faciunt autem nos vincere pudicitiam et iusticia prudentia et eterge virtutes. Faciunt autem vincere luxuria libido auaricia impietas et omnis malicia.

Idem ait iohannes in apocalypsi. Habet ibi quosdam tenentes doctrinam balaam etc. Qui facit quod facit balaam: doctrinam eius docere videtur. Sic de doctrina iezabel ibi memoratur: non quod aliquis ex discipulis iezabel doceat que illa tradiderit: sed qui prophetam persequitur sic illa: aut dolo aliquos capit: aut fallis criminibus perimit innocentes: iste tenet doctrinam iezabel. Sic ergo qui prauo consilio scandalum generat in populo: et offensionem et iram dei: puocat: vel ydolorum sacrificijs comunicando: vel libidini seruendo: doctrinam balaam tenet. Est ergo execrabilis etiam corporis fornicatio que violat templum dei: et tollit membra christi: et facit membra meretricis. Sed execrabilior generalis fornicatio in qua omne genus peccati pariter continetur. Cum anima et consortio verbi dei ascita: et matrimonio eius sociata ab aduersario eius qui eam sibi in fide despondit corrumpitur. Est ergo sponsus et vir anime mundi verbum dei: christus. Unde. Volo autem vos omnes viri virgines esse: et christus etc. Dum igitur anima adhaeret sponso: et concipit et audit verbum eius: ab ipso suscipit semen verbi: et concipit et facit filios et salua sit per generationem filiorum. Si permanserit in fide et caritate etiam si prius sicut eua seducta fuit: vbi concubitus factus fuerit anime cum verbo dei et completus a diuinitate datus: nascitur generosa progenies: pudicitia: iusticia patientia et omnes virtutes. Si autem se dyabolo et demonibus prostituat: facit filios adulterij: omnia peccata. Per singula ergo que gerimus generat filios anima nostra sensus: et opera. Et si liquidum secundum legem est et verbum dei quod facit: parit spiritum salutis: et saluabitur per generationem filiorum: de quibus dicit. Filij tui sicut nouelle olei et m. t. Si vero contra legem est quod agit: de conceptione contrarij spiritus parit filios peccati et maledictionis. Anima semper parit semper generat: vel de verbo concipiens: vel de contrario spiritu. Forte ad has generationes respicit quod dictum est. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali etc. Iste enim generationes anime et spiritus sancto generate priusquam faciunt aliquid boni diligunt. Si vero ex spiritu maligno: priusquam impleant aliquid mali: hoc ipso quod homini voluntatem peperit anima: digne odio habetur male voluntatis execranda conceptio. Ideo forsitan et chanaan puer antequam nasceretur maledicere: quod peccauerat pater eius: et prophetans noe quod vnicius filiorum suo: non optima queque signaret: vbi ad cham ventum est. Maledicere inquit chanaan puer. Unde. Filia babilonis misera beata qui retribuisti tibi retribuam: quam tu reu. n. Beatus qui te et alli par. su. ad pe. Et si nondum aliquid operis gessit in nobis babiloni conceptus: dum paruulus est non miserearis: statim interfice: odibilis enim est: elide eum ad petram ne crescat: ne augeantur opera confusionis in eo. Petra christus est: in conspectu tremendi iudicij eius posita pereat hec soboles. Hec dicta sunt de generali fornicatione: cuius spes est corporalis fornicatio. Hinc paulus ait. Qui se iungit deo vnus spiritus est: et qui se iungit meretrici vnus corpus est. Quasi omnis anima aut domino coniuncta est: aut meretrici: dum autem dicit virtutes que christus est: i. verbum sapientiam virtutem iusticia et huiusmodi. Meretricem vero omnes malicie species. Unde. Mulier occurrit ei habes speciem meretricis: que iuuenem facit auolare corda. Hec meretrix malicia est: qui se iungit huic meretrici vnus corpus malicie efficitur. Sicut ergo qui se iungit domino iungit se sapientie iusticie pietati et veritati: et cum omnibus vnus efficitur spiritus:

C. XXV.



Mox applicuit israel in sethim. Drabat autem eo tpe israel in sethim: et fornicatus est populus cum fili

is: et fornicatus est populus cum filiis suis: et adorauerunt deos earum. In

ita qui se iungit huic meretrici iungit se impudicie iniquitati mendacio et omnibus malis cum quibus vnus corpus efficitur.

Comederunt. Quasi etiam de his immolata sunt ydolis comederit que execrabilia sunt apud deum. Quis enim consensus dei cum ydolis?

Ori. Ait apostolus. Si quis viderit sciam habentem in ydolio recumbere: nonne scientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ydolica? Vbi videtur non tam rem ipsam grauem pronunciare quam illius

offensam qui hec videns ad idem puocatur: cum non simili sententia muniat: ut non tam sui quam alterius sit reus. Forte studiosi litterarum grecarum homines: et amatores philosophice desiderio studioque veterum tenentur: philosophorum dogmata quasi ydolis imolata edebant. Que fortasse non

abus moab. que vocauerunt eos

ad sacrificia sua. et illi comederunt et adorauerunt deos earum. In

tiatusque est israel beelphegor. Et

iratus dominus dixit ad moysen:

ledabant eos qui scientiam veritatis acceperant. Sed misus in christo eruditi si imitantes talia legerent vulnerari poterant. Quia ergo caritas non sinit quod vile est sibi: sed quod multis talem verbi cibum capiamus qui non solum nos edificet et delectet: sed etiam videntes non offendat. Est ergo non solum in cibis ydolis imolatum: sed et in verbis. Omnis sermo qui pietatem iusticiam et veritatem docet deo imolatus est. Qui autem impudiciam iniusticiam impietatem ydolis: et qui eum recipit ydolis imolata manducat.

Et adorauerunt. Nota ordinem malos seruos primo concupiscentia deapit: inde in glunies: postremo captiuat impietas: cuius merces exoluitur fornicatio.

Ori. Salomon cum esset sapientissimus multis mulieribus inclinavit latera ideo deceptus est. Ego tamen non puto quod multe mulieres multa dogmata non nominentur: que singula cum vir sapientissimus scrutari et agnoscere uoluerit: intra legis diuine regulam tenere se non potuit. Decepit enim moabitica philosophia: ut ydolo moabitico imolaret: et amonitarum et reliquarum gentium: quarum mulieres dicit recepisse: tenentur edificasse ydolis imolasse. Grande opus est tot dogmatibus quasi mulieribus miscerene: nec a veritate declinare: sed constanter dicere. Sexaginta sunt regine: et octoginta concubine: adolecentularum non est numerus: vna tamen est columba mea.

Initiatumque est. Consecratus est: misterijs ydoli: quod apud magis antiquas precipue a mulieribus colitur: et est species turpitudinis: sed scriptura vix reperitur que vel qualis sit vel cuius forme: forte ne auditorum polluat. Cum ergo multe sint turpitudinis species vna beelphegor dicitur. Omnis ergo qui turpe aliquid committit in aliqua turpitudinis specie beelphegor consecratur.

Ori. Et initiatum est beelphegor etc. Per omnia peccata que committimus: maxime si non surreptio aliqua sed studio peccamus: illi demoni cui curę est quid admittimus consecramur. Et forte tot demonibus consecramur quot peccata committimus: et mysteria ydoli illius vel illius suscipimus. Unde. Jam enim mysterijs operatur iniquitatis. Circueuntes ergo querunt quomodo vnusqueque mysterijs suis consecret. Si senseris maligni spiritus locum in corde tuo: ut te doceat ad aliquid operis peccati: Intellige quod vult te obsecrare alicui demoni ut suscipias mysteria dyaboli. Adest vnicius nostrum angelus bonus qui regat moneat: qui per actibus nostris corrigendis et miserationibus exposcendis quotidie videat faciem dei. Et secundum apostolum caliphim iohannis: vnicius ecclesie generaliter angelus preest: qui vel collatum datur per benedictis populi: vel per delictis culpatur. In quo stupendi mysterij admiratorem pmo uero: quod tanta cura deo est de nobis: ut etiam angelos suos culpam pro nobis et confutari patiatur. Sicut enim cum pedagogo traditur puer. Si minus dignis ibutus appareat disciplinis: culpa ad pedagogum refertur: nec ita puer a patre ut pedagogus arguit: nisi durus et lasciuus et perterius pedagogi salutaria monita spreuerit. Quid autem illi anime fiat docet propheta dicens: Derelinque filia syon sicut tabernaculum vinea etc. Sui enim arbitrij est anima: et ideo iustum dei iudicium est: quod sponte sua vel bonis vel malis monitoribus patet. Maior autem cura humane salutis deo est quam dyabolo perditionis. Quasi enim non sufficiat angelorum diligentia pertra demonum: eos qui ad peccandum trahunt insidias. Ipse vnigenitus dei adest: defendit: custodit: et nos ad se trahit: unde vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Nec sufficit esse nobiscum: vim nobis facit: et ad salutem trahit. Unde. Omnia traham ad meipsum. Vides quomodo non solum volentes: sed etiam cunctantes trahit. Unde volenti sepelire patrem suum: nec

Spacium tēporis dedit sed ait: sine mortuos sepelire moztuos suos zc. Pa- ter etiam nos trahit. vnde. Nemo venit ad me: nisi pater me⁹ traxerit cū- qui seruis suis dicit: Quoscūq; inueneritis cōpellite intrare. Sanct⁹ quoq; spirit⁹ ait. Sepate mibi paulū z barnaban zc. Prohibet etiā paulū ire in asyam: z cogit ire hierosolimā: p̄dicens quia vincula z carceres mane- ant cum ibi.

Tolle cunctos principes populi zc. Ori. Fortassis referunt

hec ad angelos. Ve- nient enī ad iudiciū nobiscum: z stabunt ante solem iusticię ne forte aliquid cause ex ipsis fuerit q̄ deliq; mus. ne forte minus operis expēderint ne nos a peccatis reuoca- rent. Vnde ī apoca- lipsi. Habeo aliquid aduersus te q̄ habes ibi tenentes doctrinā balaam z huiusmōi Si enī mercede spe- rat angelus qui nos cōsignatos accepit a deo pro his que bene- gessimus. timet z cul- pari pro male gestis. Et ideo ostentari vi- cuntur contra solem vt appareat quorum culpa p̄missa sint pec- cata p̄ q̄ beelphegor vel culibet ydolo p̄ qualitate peccati con- secramur. Vt si prin- ceps. i. cuiq; angelus cōsignatus nō defuit sed de bonis commo- nuit: z locutus ē ī cor- de meo ī eo dñt̄axat in quo me cōscientia reuocat a peccato. et ego sp̄retis a? moitis z cōscientię retinaclo in peccatis prompi: duplicabit michi p̄- na. p̄ cōtemptu moni- toris z facinoris com- missi. ne mireris si an- geli veniant cū homi- nibus ad iudiciū. Ipe enim dñs ad iudiciū veniet cum principibus po- puli sui. Ostendantur ergo prin- cipes: z si in illis culpa est: definit ira dei a populo. Detemus ergo magis esse solliciti: scientes q̄ non solū p̄ actib; nostris stabimus ante tribunal dñi: sed z angeli tanq; principes z duces nostri. Vnde. Obedite p̄positis vestris: ipsi enī p̄uigilant rationem red- dituri pro animabus vestris.

Ori. Populus peccat z principes ostentant cōtra solem ad exami- nandum: vt arguant a luce. Non enī tantum p̄ suis arguuntur delictis: pro p̄lo enim cogunt principes reddere rationē: ne forte nō docuerit: nō monuerint: non sollicitē arguerint eos qui primū peccauerunt ne cōtagio dispergeret in p̄fos. In ipsos enī cōuertetur ira dei: z cessabit a populo. Hęc si cogitarent hoīes: principatus nō ambirent. sufficit cuiq; pro pecca- tis p̄p̄rijs argui z reddere ratōem. Quid necesse ē p̄ peccatis p̄p̄i ostētari contra solem ante quē nihil potest abscondi. nihil obscurari?

Aug. Et dixit dominus ad moysen: Accipe duces ppli z ostenta eos dño cōtra solē: z auferetur ira animatōnis domini ab israel. Iratus dñs de fornicationib; israel carnalibus. scz z spiritualib;. Nā z filiiab; moab se misuerant: z ydolis fuerant consecrati: moysi dixit vt ostentaret dño duces ppli cōtra solem. i. palam in conspicuo huius lucis. Nā grecus ait: paradigmatisōn: qd̄ dici posset exempla. qz paradigma exemplum dicit. Nam aquila dicit. Confige. vel potius sursum confige. symachus autēz suspende. Sed mirum est q̄ scriptura defijt narrare vtrū hoc fuerit ex p̄- cepto dñi impletū: qd̄ contemni potuisse non video. aut si contemptū est

Tolle cunctos principes popu- li z suspende eos contra solem in- i- p̄antibus: vt auertat furoz me⁹

ab israel. Dixitq; moyses ad iudi- ces israel. Decidat vnusq; p̄o- ximos suos: qui initiati sunt beel- p̄hegor. Et ecce vnus de filiis isrl̄ intrauit coram fratribus suis ad- scortum madianiten. vidēte moy- se z omni turba filiozū israel qui- flebant ante fores tabernaculi.

Quod cū vidisset phyneas filius- eleazari filij aarō sacerdotis: i- sur- rexit de medio multitudinis: ar- repto pugione ingressus est post- virum israelitem in lupanar z per- fodit ambos simul virū. f. z muli- erē in locis genitalibus. Cessauit- qz plaga a filiis israel. Et occisi sūt- viginti quattuor milia hominum

impune cōtemni. Si aut factum est z tacitū: cur et eo q̄ phinees trāssitit adulteros placatū fuisse dñm scriptura dicit plagam cessasse? Quali cru- cifixis duab; sic p̄ceperat dñs: ad huc indignatio perseverans alio mō placanda videret: cū falsum esse nō posset qd̄ p̄nūciauerat dicens: Au- feretur ira animaduersionis dñi ab israel. Si ergo factū erat quid dubitet irā fuisse auersam? Quid ergo opus erat: vt phyneas ad placandū deū in adulteros vindicaret: z scriptura p̄biberet q̄ sic placauerit dñm: Quis

Dixitq; dñs ad moysen: P̄hi- neas filius eleazari filij aaron sa- cerdotis auertit iram meā a filiis- israel qz zelo meo cōmotus est cō- tra eos: vt nō ipse delerem filios- israel in zelo meo. Idcirco loq̄re- ad eum: Ecce do tibi pacem fēde- ris mei. Et erit tam ipsi q̄ semini- illius pactum sacerdotij sempiter- num. quia zelatus ē pro deo suo- z expiauit scelus filiozū israel.

Erat aut nomen viri israelite qui- occisus ē cū madianite. zambri- filius salu. dux de cognatiōe z tri- bu symeonis. Porro mulier ma- dianitis que pariter interfecta est- vocabat̄ cobzi filia i- sur principis- nobilissimi madianitarū. Iocu- tusq; est dñs ad moysen dicens: Hostes vos sentiant madianite:

forte itelligamus: cū illud qd̄ p̄ceperat do- minus de duab; ppli moyses iplere dispo- neret: voluisse cū etiā scdm legē talia puni- re flagicia: vt iuberet vnūquēq; interficere proximū suū dis alie- nis consecratū. z inte- rea illud phineas sa- ceret: z sic ira dei iam placata: nō opus fu- isse duces ppli crucifi- gi. Hęc sane seueri- tas illi tempi cōgrua quantū malū sit for- nicatōis z ydolatrię prudentium fidei sa- tis euidenter ostēdit.

Quod cū vi- disse phyneas. Dñs. Hęc edificauit- ruit p̄iore ppli. tibi- aut qui a xpo redem- ptus es cui de mani- bus gladii corpalis ablatus est: z datus est gladius spiritus: arripe hunc gladiū. Et si vides israeliti- cum sensum cū madi- anitis scortantē mere- tricibus. i. cū diaboli- cis cogitationib; vo- lutantem: ne parcas: ne dissimules: statim- peute: peccatū p̄me- ipsam quoq; vuluā id est: secreta nature discantēs z penetrās ipsum fomite peccan- di resecā: ne vltra cō- cipiat z generet: z maledicta peccatoz soboles israelitica castra p̄taminet. sic enim sedabis iram dei. P̄uenisti enim diem iudicij que dies ir̄p̄oia- tur z furoris. Et exterminato fomite peccati qui hic vulua mulieris appē- latur: ad iudiciū venies securus. Dremus ergo vt inueniam semp̄ patum istum gladium sp̄s: p̄ que exterminentur ipsa semina z cōcepta culpa. z p̄p̄ius vobis fiat deus p̄ uerum phyneem dñm nostrū hielum xpm.

Arrepto pugione. Significat p̄ crucē xpi nō solum ydolatriam: sed z omne carnis affectū vel cōcupiscentiā p̄mi: z sic deū placari.

Occisi sunt xiiii. milia. Quia lumē veritatis z iusticię relinque- tes cecitate ydolatrię z fornicatōis am auertit: solis eterni lumine priuati: mortis tenebras incurrit. Visibilis enī sol viginti quattuor: horis orbem illustrat: z suo ambitu noctis tenebras fugat: sic z xps ad fugandā pecca- ti tenebras p̄ apostolos z p̄p̄as mundū illustrat.

Dactu sacerdotij sempiternū. Quisq; zelo dei compunctus carnis stimulos cōtemnit cōp̄mit. vel subiectos ne lasciuat corrigit: sem- pitemū sacerdotiū acq̄rit: p̄tinens ad eundē de quo dicit. Tu es sacerdos ī- eter. fm oz. mel. cū quo eternū regnū possidebit. Interpretat̄ aut phyneas ore parcens: vel ore requeuit: vel oris auguriū. Eleazar deus me⁹ adiutor vel dei adiutoriū. Aaron mons fortitudinis vl mons fortis. Que nomia cōgrue p̄dictū sensum exprimūt. Qui enī ore pat̄ ne prana loquat̄: z my- steria celestia exponit: auditorib; p̄ dei adiutoriū p̄m laborē explens: ad montē fortitudinis. i. xpm feliciter ascendit.

Erat autem nomen zc. Israelita q̄ fornicatus ē cū madianite.

significat eos qui ab ecclesia per errorem vel pravam operationem separati: blasphemiam dei inter infideles exarant. Quibus dicitur per vos blasphematur nomen dei in gentibus: quos nota ista ostendunt. Nam et zabi iter pretatur psalmus vel cantici. Salu: temptacione respiciet. Si meon audiuit tristitiam: vel nomen habitaculi. Cobzi: calicimensus: vel immolamibi. Sur: murus ul angustia. Dadian: contraditio vel nullo. Zambri ergo fornicatorem copale vel spirituale significat: qui non canticum laudis sed psalmum irisionis iter inimicos christi excitat. Un. In me psal lebat qui bi. vi. Dic ergo ad temptacionem respiciens: et temptato consentiens: sub nomine habitaculi: id est sub nomine ecclesiastici de casu suo i gerit tristitia fidelibus: quia calicimensus amore repletur: i. gal. et rebus se metipsum diabolo immolauit: cum membra sua libidini tradidit. Dic contraditiois responsum ab aduersariis dei prauo ope efficiens: muris et carceris et angustie semetipsum immergit: ubi cruciatibus die ac nocte usque ad nouissimum quadramtem.

C. XXVI.

Postquam nori oru. Quia illi primo a scitu fuerat peccato ceciderunt: secundum nunc plus in eorum locum succedens vocat ad numerum. Et quod de illis dictum non fuerat: de his dicitur. His distribuet terra in sorte ex numero nominum etc. Si de prioribus dictum fuisset fallum fuisset: quia ceciderunt in deserto pro peccato suo: his autem cuncta que promittuntur impleta sunt.

Numerate omnem. Iterum populus numerantur et leuitate: ut interfectis primis carnalibus no-

percutite eos: quia et ipsi hostiliter egerunt contra vos et deceperunt infidels per ydoloz phogoz et cobzi filiam ducis madian sorore sua: que percussa est in die plage pro sacrilegio phogoz.

C. XXVI.
Postquam nori
 orum sanguis effusus

est: dixit dominus ad moysen et ad eleazarum filium aaron sacerdotem: Numerate omnem summam filiorum israel a viginti annis et supra per domos et cognationes suas cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque moyses et eleazar sacerdos in campibus moab super iordanem contra iericho ad eos qui erant a viginti annis et supra: sicut dominus imperat: quorum iste est numerus. Ruben primogenitus israel. Quis filius enoch: a quo familia enochitarum. Et phallu: a quo familia phalluitarum. Et esrom: a quo familia esromitarum. Et charmi: a quo familia charmitarum. De sunt familie de stirpe ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta tria milia et septingenti triginta. Filius phallu: helyab huius filii manuel et dathan et abyron. Isti sunt dathan et abyron principes populi qui surrexerunt contra moysen et aaron in seditione chore quando aduersum dominum rebellauerunt: et aperiens terra os suum deuorauit chore morientibus plurimis quam combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factus est grande miraculum ut chore percute filij eius non perirent. Filij symeon per cognationes suas. Namuel: ab hoc familia namuelitarum. Jamin: ab hoc familia iaminitarum. Jachin: ab hoc familia iachinitarum. Zare: ab hoc familia zareitarum. Saul: ab hoc familia saulitarum. De sunt familie de stirpe symeon: quarum omnis numerus fuit viginti duo milia ducenti. Filij gad per cognationes suas. Sephon: ab hoc familia sephonitarum. Aggi: ab hoc familia aggitarum. Sumi: ab hoc familia sumitarum. Ozni: ab hoc familia oznitarum. Der: ab hoc familia heritarum. Arod: ab hoc familia aroditarum. Ariel: ab hoc familia arielitarum. Iste sunt familie gad quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. Filij iuda her et onan: qui ambo mortui sunt in terra chanaan. Fueruntque filij iuda per cognationes suas. Sela: a quo familia selaitarum. Phares: a quo familia pharesitarum. Zare: a quo familia zareitarum. Porro filij phares esrom: a quo familia esromitarum. Et amul: a quo familia amulitarum. Iste sunt familie iuda quarum omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingenti. Filij ysachar per cognationes suas. Thola: a quo familia tholaitarum. Phau: a quo familia phauitarum. Jafub: a quo familia iafubitarum. Semra: a quo familia semramitarum. De sunt cognationes ysachar quarum

num populus dei censetur: qui per iordanis baptismum transeat: et celestis hereditatis re-promissionem accipiat.

Istis diuide tur terra. **U**n. Re probatur prior plus qui est in circumsione et introducitur scds de prepucio. q. paternā hereditatē consequit nō a moyse sed a ihu Moyse enim si dat aliquibus hereditatē nō itra iordanē quē nec transit omnino: extra dat terram: nō fluentem lac et mel: s. pecoribus aptam. muta animalia et iratio nabilia melius q. homines nutriente. **I**hs meus scdo poplo terram dat lacte et melle manantē: imo que est fauus mellis p. omni terra. **E**t moy ses quidē hereditatē non dat in clero: nec pōt p. p. lēx. tomos familias nomia et mērita singulorū diuina forte pensare. **H**oc facit solus hieus: cui omne iudicium dedit pater. **I**pse scit etiaz quomodo vnumquē q. digna mansione dispēset. **S**unt aliq. tamē in istis qui sup. eminet: et omnino nō ducunt ad fortē. omnes lenite. s. hoc ē omnes qui intente pmanent in misterio dei. p. nūgiles i seruitio ei? excubias gerunt: fortē inter ceteros nō querūt vel accipiūt. sed nec i terra est fors eorum. ipse dominus ē fors eis et hereditas. **H**i sunt q. nullis corpore nature obfatu lis hebetati: omnium insibilium gloriā sup. gressi i sola dei sapia et vbo. ei v. nēdi vsu exercitiū. q. posuerunt qui nihil corporeum requirunt: **S**ed solā agnitōem secretorū dei. et vbi est cor eorū ibi ē et thesaurus. sp. in domino et i verbo eius et in sapientia delectabunt. **H**ic eis cibus. hoc poculū. iste diuitie. h. erit regnū. **Q**ui autē inferiores sunt: hereditatē terre accipiunt. licet sublimioris alicui? et potētioris. **T**erra enī v. uentū. p. m. ititur. que v. uentū. dicit. q. ne cit mortē. **E**t isti qui

numerus fuit sexagintaquattuor milia tricenti. **F**ilij zabulon p. cognationes suas. **S**ared: a quo familia sareditarum. **N**elon: a quo familia belonitarum. **J**alel: a quo familia ialelitarum. **D**e sunt cognationes zabulon. quarū numerus fuit sexaginta milia quingenti. **F**ilij ioseph p. cognatōes suas manasses et ephraim. **D**e manasse ortus est machir: a quo familia machiritarū. **M**achir genuit galaad a quo familia galaaditarum. **B**alaad hūit filios. **D**yezer: a quo familia hyezeritarum. **E**t elech: a quo familia elechitarū. **E**t asrihel a quo familia asrielitarū. **E**t sechē a quo familia sechemitarū. **E**t semida: a quo familia semidaitarū. **E**t epher: a quo familia epheritarum. **F**uit autē epher pater salpbat qui filios non habebat: sed tm filias q. rum ista sūt nomina maala. et noha. et eglā. et melcha et therisa. **D**e sunt familie manasse. et numerus earū q. n. g. ita duo milia septingenti. **F**ilij autē ephraim per cognatōes suas: fuerunt hi. **S**uthala: a quo familia suthalaitarum. **B**ether: a quo familia betheritarum. **T**heben: a quo familia thebenitarū. **D**ozro filius suthala ^{f. al. berat vel heran.} fuit heram: a quo familia heramitarum. **D**e sunt cognatōes filiorum ephraim. quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti. **I**sti sunt filij ioseph per familias suas. **F**ilij beniamin in cognationibus suis. **B**ale: a quo familia ba

leitarū. **A**zbel: a quo familia azbelitarū. **A**hiram: a quo familia abiramarum. **S**uphan: a quo familia suphanitarū. **D**upham a quo familia buphamitarū. **F**ilij balehered et noeman. **D**e hered familia hereditarū. **D**e noeman familia noemanitarū. **H**i sunt filij beniamin p. cognatōes suas quorū numerus quadraginta quinq. milia sexcenti. **F**ilij dan p. cognationes suas. **S**uban: a quo familia subanitarum. **D**e sunt cognatōes dan. p. familias suas omnes fuerunt subanite. quorum numerus erat sexagintaquattuor milia quingenti. **F**ilij aser p. cognatōes suas. **J**emna: a quo familia iemnaitarū. **J**e sui: a quo familia iesuitarū. **B**rie: a quo familia bzeitarū. **F**ilij brie haber: a quo familia haberitarū. **E**t melchiel: a quo familia melchielitarū. **N**omen autē filie aser: fuit sara. **D**e cognationes filiorū aser et numerus eorū quinquaginta tria milia quadringenti. **F**ilij neptalim p. cognatōes suas. **J**esibel: a quo familia iesibelitarū. **D**uni: a quo familia gunitarū. **J**eser: a quo familia ieseritarum. **S**ellē a quo familia sellemitarū. **D**e sunt cognatōes filiorū neptalim p. familias suas quorū numerus quadraginta quinq. milia quadringenti. **I**sta est summa filiorū israel qui recensiti sunt. sexcenta milia et mille septingenti triginta. **L**ocutusq. est dominus ad moysen dicens: **I**stis diuidetur terra iuxta numerum

dem magni et beati: sed beatores illi qui iam non p. speculū et in enigmate. neq. in substantijs corporalibus: s. facie ad faciē deū videbunt sapie lumine radiati. et mere diuitatis capaces per puritatem effecti. **Q**ui. **T**erre huius diuisio et hereditas formam celestis hereditatis tenet que sanctus diuidet. **S**ūt ibi plures: sunt et paucis sed pauci beatores. **M**ulti enī p. latam viam q. ducit ad mortem eunt. **Q**ui vero p. ardam viam q. ducit ad vitam tendunt pauci dicunt. et alibi dicitur. **E**t pauci sūt qui saluātur. et alibi. **U**bi multiplicat iniquitas: refrigescit caritas: multorū nō paucorum. **I**n arca noe (vbi mensura celitus datur) in inferioribus trecentorū cubitorū p. nitur lōgitudō. et quinquaginta latitudo. **S**imilitas vero vni cubiti spacio consummatur. **I**n inferioribus enī bestie erāt et pecudes. **I**n superioribus aues in summis vero homo rationalis. **I**pe verter in vni cubiti colligitur. **O**mnia cū ad monadem reducuntur. **D**onec omnē huius generis numerus elige fideles. pauciores erunt q. vniuersi de fidelibus. elige meliores: pauciores reperiēs. **D**e ipsis rursus elige perfectiores pauciores erunt. **E**t quāto eligendo processeris: tanto pauciores inuenies: donec tādē venias ad vniū aliquē qui confidenter dicat q. plus omnibus laborauit. **Q**ui hoc modo plures sūt plus terre et corpore hereditatis accipiūt. **P**auci autē exigui q. plus habēt i dno. **A**lij nihil omnino terrene hereditatis accipiūt q. digni sūt sacerdotēs et ministri dei. **H**orum enim et integro ipse dominus hereditas est. **I**pse tam propter iumenta sua

accipiunt aliquid ter-
res: sed illius que vr-
bibus contigua est.
Pluribus ma-
iozem. Et sic nu-
merosius tribus ma-
iora spacia terre forti-
atur: que minor autē
fuerit hominū nume-
ro minorem.

Unus iustus fm
q a deo acceptus p
pluribus habetur. vñ
Per vñā sapientem
habitabitur ciuitas.
tribus autē iniquorū
desolabitur. z vnus
iustus p toto mundo
Iniqui autē zī mlti
sunt: erigui z p nichil-
lo ducant apud deū
Est ergo z mltitudo
laudabil. vñ abrahę
quem eduxit foras.
ait: Respice celum si
potes dirigere stellas
ita erit semen tuū zc.
In quo notandū qz
iustus in interioribus
semp consistit: quia ī
abscondito orat pa-
trem: z omnis gloria
filie regis i regal ani-
me intrinsecus est. Is
deus educat eā foras
cum res postulat z re-
rum visibilitū ratio.

Ut fors terrā
Per sortem precipit
diuidi hereditas: sed
videt ipsum moysen
cui ista mandantur:
nō forte diuidere he-
reditatem. Ruben z
gad z dimidie tribui
manasse. Ihs quoqz
extra sortem dat he-
reditates tribui iude
z caleph: z tribui ef-
fraim: z dimidie tri-
bui manasse. In cete-
ris fors mittit. vñ de
puto qm in celesti. he-
reditate aliqui nō ve-
nient ad sortem: neqz
cuz ceteris qm is san-
cti sint num erabunt
sed erit egregia corū
hereditas: sicut fuit
caleph: z tribui iude
z ihu filio naue. Sic
enī cuz adepta victo-
ria diuidunt spolia:
egregij bellatores cū
ceteris nō ducuntur ad sortem: sed optima queqz
virtutum merito perci-
piunt: ceteri sorte vñtur iure victorie. Ita videtur
mibi xpūs dominus meus facturus. Illis enī p-
cipuos z sublimes decemet honores: quoz fa-
cta magnifica z sublimes cognoscit virtutes. vñ
ait. Volo pater vt vbi ego sum illic z isti me-
cū sint: z alibi. Sedebitis z vos sup duodecim
thronos: z alibi. Sicut tu in me pater: z ego in
te: ita z isti in nobis vñ sint. **Hec omnia nō
forte descendunt: sed dilectōis prerogatiua.**

Misc. caleph zc. Ii. Sexcenta milia armatorū
de egypto dicuntur
egressa: z duo tantū in terram pmissionis
ingressi. Multi enī p baptismū

vocabuloz in possessiones suas.
^{Signitate vite.}
Pluribus maiorem partē dabis.
z paucioribus minore: singulis si-
cut nunc recensiti sunt. tradet pos-
sessio. Ita dūtaxat vt fors terras
tribub' diuidat: z familijs. Quid
quid forte contigerit hoc vel plu-
res accipiant vel pauciores. **Hic**
quoqz est numerus filiozū leui p
familias suas. **Gerfon:** a quo fa-
milias gerfonitarum. **Caath:** a quo
familias caathitarum. **Merari:** a
quo familia meraritarū. **De** sunt
familie leui. familia lobni. fami-
lia ebzoni. familia mooli. familia
musi. familia phori. **Auero** caath
genuit amram: qui habuit vxorē
iochabeth filiam leui. que nata ē
ei in egypto. hec genuit viro suo
amram filios aaron z moysen. z
mariam sororem eoz. **De aaron**
ozī sūt nadab. z abyud. z eleazar
z ythamar. quoz nadab z abyud
mortui sunt: cum obtulissent ignē
alienum coram dño. **Fueruntqz**
omnes qui numerati sunt viginti
tria milia generis masculini ab
vno mense z supra. qui nō sunt re-
censiti iter filios israel: nec eis cū
ceteris data est possessio. **Hic est**
numerus filiozū israel qui descri-
pti sunt a moysē z eleazaro sacer-
dote in campestribus inqab sup

iozdanem contra iericho. **Inter**
quos nullus fuit eoz qui ante nu-
merati sunt a moysē z aaron in de-
serto synai. **Predixerat enī** domi-
nus q omnes morerentur in soli-
tudine nullusqz remāsit ex eis nisi
<sup>fideles: s. vtriusqz populi vel sectatores actōis
vel contemplationis.</sup>
caleph filius iephone. z iosue fi-
lius nun.

C. XXVII.
H Accesserunt
autē filie salphaat fi-
lij epher. filij galaad. filij machir.
filij manasse qui fuit filius ioseph
quarū sunt noia maala. z noha. z
egla. z melcha. z therfa. **Steteruntqz**
cozaz moysē z eleazaro sarerdote
z cunctis pncipibus populi ad
hostium tabernaculi fēderis atqz
dixerunt: **Pater noster mortuus**
est in deserto nec fuit in seditione
que concitata est contra dñm sub
choze: sed in peccato suo mortu^s
est. **Hic nō** habuit mares filios.
Cur tollitur nomē illi^s de familia
sua: quia non habet filium: **Date**
nobis possessionē iter cognatos
pāris nři. **Retulit moyses causas**
earum ad iudiciū dñi. qui dixit
<sup>quia ne plebs legis ab euangeli possessione
excludatur.</sup>
ad eum. **Iustam rem** postulant
<sup>filie: i. opa misterio corpus cōpleta. s. ed-
fcs qui vñbram legis habet in ore nihil profun-
dum nihil spirituale sentiens.</sup>
filie salphaat. **Da eis possessionē**
inter cognatos patris sui. z ei in

duuntur a regno: sed in medio pñi dei hereditatem accipiunt. **Salphaat**
autē interpretatur vmbra in ore eius. hec est intellectus: operū pater. **Sūt**
multi fratres in quibus intellectus altior z pfundior nullus. **Sed est** eis
sensus emortuus: vñ de z emortuum est cor eius in ipso. **Hic igitur** si ad
intelligentiā spūalem nihil sapit: sed est emortuus: tamē si genuerit filias
id ē opa mandatorū dei: hereditatē certe cum plebe dei cōsequetur. **Nō**
poterit quidē numerari inter eos quoz ipse dominus portio est: multi enī
vocati pauci vero electi. **Ostenditur autē ipso noie** quare filios nō potuit
generare. **Interpretatur enī vmbra** in ore eius: qui vñbram legis in ore
d 4

ad fidem transeunt:
sed ad celestem patri-
am paucissimi perue-
niunt. fm illud. **Pauci**
vō vocati: pauci vero
electi. **Quo tantū** in-
grediuntur ppter eos
qui ex vtroqz populo
celeste regnum adipi-
scuntur. vel qui p acti-
onem z contemplati-
onem ad eternā bea-
titudinē pdestinant.

C. XXVII.

**Da eis posses-
sionem.** **Or.** Dabis
possessionem zc. **Hec**
scdm hystoriam pa-
lam est omnibus qd
vigoris habeant: qui
sciunt leges istas nō
soluz apud filios isrl
custodiri: sed apud
omnes homines: qui
tamen legibus vñt
Unde apparet qz li-
bertas filiarū salpha-
at non solum eis he-
reditatē contulit: sed
perpetua vñtēdi iura
seculo dedit. **Vides**
qnta sit hystorie etiā
vtilitas. quis potest
leges istas dissoluere
qbus vñuersus vñt
mundus: **Dos autē**
queramus quomodo
spiritualitē edificemur:
fieri ei potest vt neqz
filie mibi sint fm car-
nem: neqz iuris here-
ditas. **Erit ergo** ali-
cui oculo lex que di-
uina voce sancita ē.
Requiram q apud
spiritualem legē que
sunt iste quinqz filie:
Quarū etiā si pater
mortuus fuerit p ali-
quo peccato: ipse tamē
hereditates iustū dei
accipiunt. **Virtutes**
animi: z sensus mētis
filij sūt. filie vero ope-
ra corporis misterio
impleta. **Quinqz enī**
sunt corporis sensus
quibus omne opus ī
corpe expletur. **Ite**
ergo quinqz filie. id ē
operū pfectio. etsi pa-
tre orbate remaneat:
nō abijciuntur ab he-
reditate: sed nō exclu-

habet: non ipsam ymaginē rerū: nihil spirituale: nihil p̄fundi intellectus sentire potest: sola vmbra legis in ore eius est. sensus viuos et spiritales generare non p̄t. sed opa et actus que sunt simpliciora vite mysteria. Et ideo ostendit in his clementiā dñi q̄ innocentiores etiā si sensu deficiant. et bona opera habeāt nō excludantur ab hereditate sanctorū. Recte ergo locute sunt filie salphaat.

Homo cum mortuus. **Dr.** Supponitur lex de successione vt primo filius. Filia secūdo loco succedat. tertio frater. q̄rto patris frater. q̄ntus gradus certum aliquem non designat: Sed quicumq̄ p̄pinq̄ior ex omī familia fuerit succedat. In his integer et perfectus est bystorie sensus: vt nihil requirere videatur. sed qui i spiritualibus legibus est eruditus potest intelligere diuersos successionum gradus. et quomō primus sit cōsequēde celestis hereditatis gradus doctrine et sciētie merito: qui est masculus filius. Secūdo operis prerogatiua que est filia. Tertius cōpassionis et imitatio nis. vnde et frater nominatur. Sunt em̄ nonnulli qui sponte et p̄prio intellectu nihil agunt. sed positi iter fratres ex imitatione ea videntur agere q̄ illi agunt qui p̄prio intellectu mouēt dat. etiā istis tercius hereditatis gradus q̄ fratribus. Quartus que fratrē patris nominat: potest intelligi ordo hominū qui audita a patribus conant implere. non tam p̄p̄is sensibus moti nec presentī doctrina excitati q̄ veterum traditōe: boni vero aliquid gerunt. Vltimus vero scribitur gradus qui quolibet pacto his proximis fuerit. quasi diceret. siue occasiōe siue veritate doctrine quis aliquid boni fecerit non perdet mercedem suam.

Ascende in montem istū. **Dr.** Vide quomō qui p̄fectus ē: leatus est. nō in valle: non in planicie: non in colle: sed in monte. s̄i alto et in arduo defungitur loco: q̄ vite eius cōsummatiō habebatur i excelso. Sed oculis iubetur contueri omnem terram. p̄missionis: et diligenter ex alto cuncta p̄spicere. Oportebat enī summā p̄fectionis cōsecuturo nihil incognitum remanere: sed cunctoz que videntur et audiuntur habere noticiā. Ideo credo vt omnī que in carne positus corporalī cepit aspectū: in spū effectus. et iuda mente ad auditoria et discipulatū sapiētie p̄perans velociter eorum ratōes assequat et causas. Que enim vtilitas recessuro de seculo ostendere terras et loca: quoz ne laborē perperurus nec gloriaz esset p̄ceptur? Perterret me q̄ de moysi famulo et amico dei cui facie ad faciem locutus est dominus: p̄ quem fecit signa et p̄digia tam periculosa dicitur. Apponeris inquit ad pplm tuum. sicut appositus est aaron frater tuus in monte hoz. Causam exponit dicens: p̄pter q̄ transgressi estis verbum meum in deserto syn. non me sanctificastis in aqua coram eis. Ergo nec sine culpa est moyses. etiā ipse transgressus est. et factus sub peccato vnde. Regnauit mors ab adam vsq̄ ad moysen. nec enim ipsi peccat. Cōcluit enim deus sub peccato omnes vt omnī miseretur. Gratia autē x̄po qui nos liberauit de corpore mortis huius. Moyses enim liberare nō potuit cū et ipse transgressus sit. Ille ergo solus debet requiri qui peccatū non fecit.

Idem. Mors moysi finis legis que scdm litterā dicitur. sacrificioz scz interruptio et ceteroz que similiter mandantur in lege. Hec ergo vbi finem accipiunt: ibi accipit principatū. finis enim legis x̄ps ad iusticiaz

^{f in plebe. s. non in leuitis quibus solus de^o est hereditas. t. s. celestem.}

Hereditatez succedant. Ad filios autē isrl loqueris hęc: Homo cū mortuus fuerit absq̄ filio ad filiaz que prerogatiua opm̄ viger. eius transibit hereditas: si filiam

nō habuerit habebit successores fratres suos. q̄ si et fratres nō fuerint: dabitur hereditatē fratribz

patris eius. Sin autē nec patruos habuerit: hereditas dabitur his qui ei primi sunt. Erit hoc quoq̄ filijs israel sanctū lege perpetua: sicut p̄cepit dominus moysi. Dixit quoq̄ dñs ad moysen: Ascende in montem istum abarim. et con

^{f qui ex imitatioe sapientū agunt.}
^{f illis. s. qui traditione veterum non proprio sensu nec presentis doctrine monitōe aliquid agunt boni.}
^{f qui ex occasiōe siue veritate doctrine aliquid boni agunt. nō enim pdunt mercedē suā.}
^{f perfectus nō in valle moritur: sed in monte id ē in alto loco: quia vite eius perfectio habebatur in excelso.}

in montem istum abarim. et con

o mni credenti. Et sicut de prioribus dictū est: quia omnes i moysi baptisati sunt in nube et in mari: ita et hiesu dicitur. quia omnes in hiesu baptisati sunt i spiritu sancto et aqua. Ihs est enim qui transit aquas iordanis. et in ipsis quodammodo iam tunc pplm baptizat. Ipse est qui terraz sanctam partitur vniuersis non priori populo: sed secundo. Prior enim p̄ peccato suo cecidit i deserto. Temporibus ihu quieuit terra a bellis: nō temporibus moysi. Sed de hiesu christo dictū est: non filio naue. Et vti

^{f oportebat summā p̄fectionis cōsecuturo nihil incognitum remanere.}
templare inde terrā quam datur

sum filijs israel. Cūq̄ videris eā ibis et tu ad populū tuū sicut iuit

me in deserto syn. in cōtradictiōe multitudinis nec sacrificare me voluisti coram ea super aquas. Ne sunt aque cōtradictōnis in cades

deserti sin. cui respondit moyses: Prouideat dñs deus spirituum omis carnis hominem qui sit sup multitudinē hanc et possit exire et intrare ante eos et educere illos vt introducere ne sit popul^{us} dñi sicut oues absq̄ pastore. Dixitq̄ dñs ad eū: Tolle iosue filiū nun virū

nam terra mea cesset a bell. et cessaret si sub ihu meo p̄ncipe fide liter militarem. caro mea non insurgeret aduersus spū meuz: nec ipugnaret terra mea a cōtrarijs gentibus diuersis. s. cōcupiscentijs stimulatā. Dremus ergo vt ibi regnet sup nos: et terra nostra cesset a bellis ab impugnationibus. s. carnalium desiderioz. et tunc requiescet vnusquisq̄ sub vite sua. et sic sua et olina sua. i. sub velamento patris et filij et spiritus sancti requiescet anima n̄ra.

Quia offendi. **Aug.** Cā causam mortis moysi dicit dominus quā et fratris eius. quia. s. non sanctificauerunt eum coram p̄lo ad aquā contradictionis. i. q̄ dubitauerunt q̄ uo no eius posset aqua de petra p̄fluere. Di stice autē significatur quia nec vetus sacerdotium cuius p̄sonā

aaron gerebat: nec ipsa lex cuius p̄sonam gerebat moyses: introducunt populum dei in terram eterne hereditatis. Sed hiesus in quo significatur x̄ps. i. gratia per fidem. Et aaron quidē ante defunctus est q̄ isrl et alijs p̄tem terre p̄missionis intraret. Moyses autē adhuc viuente capta est terra amorgoz et possessa. sed iordanem cū eis non transiit. Ex aliqua enī pte lex obseruatur in fide christiana. Ibi enī sunt etiā p̄cepta que vsq̄ hodie obseruare christiani iubemur. Sacerdotiū vero illud et sacrificia nullam p̄tem tenent hodie fidei christiane nisi q̄ in vmbra futurorū acta et transacta sunt. Cum vero ambobus fratribus vt apponant ad populū suum dicitur: manifestum est nō esse in illos iram dei que separat a pace eterne societatis. vti patet. Non solū officia: sed et mortes eoz signa fuisse futurorum: nō supplicia indignatōis dei.

Prouideat dominus. Nota non eligit filios: non nepotes: nec rogat vt constituant duces: iudicio dei electoz cōmittit.

Dr. Prouideat dominus deus. Recessurus de hoc seculo. orat vt p̄uideat ducem populo. Erant ei filij gerson. et eleazar. et filij fratris magni et egregij viri: non orat deum pro ipsis vt constituant duces populi: vt discant ecclesiarum principes successores sibi non p̄pinq̄itate carnis testamēto signare. neq̄ principatū ecclesie hereditariū tradere: nec eligere eum que humanus cōmendat affectus: sed dei iudicio successoris electionem p̄mittere. Poterat recto iudicio principem eligere: cui dixerat deus. Elige p̄biteros p̄lo quos tu scis p̄biteros. et elegit tales in q̄bz continuo dei spiritus quiesceret et p̄biterarent omnes. Sed nō eligit: et nō audet ne relinquat posteris p̄sumptiois exemplum. sed ait: Prouideat dominus deus. Quis erit ergo ex plebe que se p̄ clamoribus ad gratiā vel precium excitatis moueri solet: vel etiā ex sacerdotibus qui se ad hoc ydoneum iudicet: nisi si cui oranti et p̄tenti a domino reueletur. sicut deo dicit ad moysen. Assume ad temetipsum hiesum filiū naue. Audis eui denter ordinatōem principis ppli tam manifeste descriptam vt p̄ne expositione n̄ egeat. Nulla hic ppli acclamatio. nulla p̄pinq̄uitatis p̄tēplatio.

[Marginal notes on the right side of the page, including a large blue initial 'D' and various handwritten annotations.]

propinquis agrorum et prediorum relinquatur hereditas gubernatio populi illi tradatur que deus elegit. qui s. habet in se spiritum dei. et in conspectu suo precepta dei. qui moysi notus et familiaris sit. i. in quo sit claritas legis et scientia ut possint eum audire filii israel.

Spiritus Sanctus. Non enim de spiritu hominis diceret: quem nullus erat qui non haberet. **Iubet** tamen manus ei imponere ne quisquam taliter pollens gratia sacramenta consecrationis audeat recusare.

Et dabis ei precepta etc. **Al.** **Ihs** succedit moysi. et dicit que spiritualiter debeat offerre in ecclesia. **Legi** enim succedat euangelium. **lex** facienda monet et gratia complet. **primum** quid offerri debeat per singulos. **dehinc** quid i. labba to propter spem quietis eterne. **quid** in kalendis. **dis. p.** in nouatione vite. **quid** in pascha que cosepelimur xpo per baptismum. **quid** a mortuis transientes ad vite nouitatem. **quid** i. petibecosten propter gratiam spiritus sancti. et remissionem peccatorum etc.

Et partem glorie. **Quali** facies eius locum glorie tue. non enim res huiusmodi quasi piliter diuise minuantur: sed totę sunt omnibus. **totę** singulis qui eam habent societatem.

Ut audiant etc. **Or.** **Si** sacrificia et instituta legalia usque in presens mansissent euangelij fides excludissent. **Erat** enim in illa magnifica et reuerentia plena religio: que primo aspectu stupefaceret intuentem. **Quis** enim videns sanctuarium altare sacerdotum sacrificium consummates: et omnem illius rei ordinem: non putaret plenissimum hunc esse ritum quo deus coleretur creator omnium? **sed** gratias aduentui xpi qui illa destruxit que magna videbantur in terris et cultum dei a visibilibus ad invisibilia transtulit. et a temporalibus ad eterna. **Sed** ipse xps aures requirit que hec audiant. et oculos que hec videant.

Pro hoc si quid etc. **Verbaliter** instrumur ut quisquis accipiat potestatem in populo dei secundum magistrum viuę legis: que in sacerdotis officio maxime commendatur: vitam suam et subdito et ordinet atque regat.

Dirit quoque. **Or.** **Et** locutus est dominus ad moysen dicens: **Precipe** filiis israel et dices ad eos: **Munera** mea. data mea. hostias meas in odorem suauitatis obseruate: ut offeratis mihi in diebus festis meis. **Et** dices ad eos: **Hęc** sunt hostie mee quas offeretis domino etc. **Nemo** suum aliquid offert domino: sed quod domini est. nec tam offert quam reddit. **Ideo** dicit: **Munera** mea data mea etc. **Quasi** que precepturus sum ut offeratis in diebus festis meis. data mea sunt. i. a me vobis dantur. ne quis credat offerendo se aliquid offerre deo. **Impius** enim est qui putat aliquid se deo prestare velut indigenti.

Or. **In** diebus festis meis. **Habet** deus dies festos suos. **Est** enim ei magna festiuitas salutis humana. **Puto** quod per singulos fideles: per singulos qui conuertuntur ad deum et in fide perficiunt: festiuitas oritur domino. **Letificat**

in quo est spiritus dei. et pone manum tuam super eum. **Qui** stabit coram eleazaro sacerdote et omni multitudo. et dabis ei precepta cunctis videntibus et partem glorie tue ut audiat eum omnis synagoga filiorum israel. **Pro** hoc siquid agendum erit eleazar sacerdos consulet dominum. **Ad** verbum eius egredietur et ingredietur ipse et omnes filii israel cum eo et cetera multitudo. **Fecit** moyses ut preceperat dominus. **Lunę** tulisset iosue: statuit eum coram eleazaro sacerdote et omni frequentia populi et impositis capitibus eius manibus cuncta replicauit que mandauerat dominus.

C. XXVIII.

Dixit quoque dominus ad moysen **Precipe** filiis israel et dices ad

eum impudicus: si sit castus. et iniustus: cum iusticiam colit. agit festum christus qui pro salute nostra sanguinem fudit: cum videt potuisse se humiliari scilicet obediens usque ad mortem. **Agit** festa spiritus sanctus cum i. his qui conuertuntur videt sibi templum parum. **Letantur** angeli ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. **Gaudiu** enim est in celo super vno peccatore penitentiam agente. **Deo** et angelis eius occasione leticie damus: cum super terram ambulantes conuersatione in celis habemus. **Veretur** ne e contrario mala conuersatio nostra non

Somnia que offerimus dei sunt. nihil ergo ei damus sed reddimus. **eos.** **Oblationem** meam et panes et incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua. **Hęc** sunt sacrificia que offerre debetis agnos anniculos immaculatos. **duos** quotidie in holocaustum sempiternum.

Unum offeretis mane: et alterum ad vesperam. **decimam** partem ephym simile que dispersa sit oleo purissimo. et habeat quartam partem huius.

Holocaustum iuge est quod obtulistis in monte synai in odorem suauissimum incensum domino. et libabitis vini quartam partem huius. per agnos singulos in sanctuario domini. **Alterum** quoque agnus similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini. et libamentorum eius oblationem suauissimi odoris domo. **Die** autem sabbati offeretis

solum ternis super celo lamentationes educat. et fortassis ipsi deo. ut quid enim dicit. **Digni** tet me quod feci hominem super terram? **Et** christus videns ciuitatem fleuit super eam dicens: **Diem** saltem hierusalem que occidis prophetas et lapidas. **Et** ego hodie si propheta non audiam verba et monita eius spernam: lapido prophetas et quantum in me est: occidam. **cuius** tamquam mortui verba non audio. **Illa** quoque lamentationis diuina vox est. **Dei** me: quod factus sum sicut que congregat stipulam in messe. et sicut racemos in vindemia etc. **Diem** saltem homo quod peccauit grande peccatum: permutat omnes festiuitates eius. **Quia** in loco sancto et in die festiuitatis christum occiderunt: id dicit ad eos: **Reuenias** vestras et sabbata vestra et dies festos odium anime mea. **Ubi** de muneribus mandat: ubi adhuc nulla sunt peccata: dies festos meos dicit.

Hęc sunt sacrificia. **Queramus** ergo diligenter quod sit ordo festiuitatum: ut ex ipsis ordinibus et sacrificiorum ritu colligamus quod iuxta ritum cuiuslibet factis suis festiuitatem deo

parare possit. **Prima** ergo est festiuitas dei que dicitur indefinens. **De** his enim mandat: que indefinenter matutinis et vespertinis sacrificijs offerantur. **Non** primo mandat de festiuitate pasche. vel azimorum et scenophegie. **hanc** primam posuit in qua sacrificium indefinens mandat offerri: ut agnoscat qui vult esse perfectus. quod non est intermittenda festiuitas: sed semper indefinenterque agenda. quod significat sacrificium indefinenter. i. in vespertinis et matutinis offerendum: ut in lege et prophetis (qui matutinum tempus ostendunt) et in euangelio (quod vespertinum. i. in vespera mundi saluatoris ostendit aduentum) indefinenter intendere possit. **Qui** autem peccat: et agit dies peccati: non potest agere diem festum. et offerre indefinens sacrificium. **Qui** autem indefinenter custodit iusticiam: et abstinet a peccato: continuum offert sacrificium. **Si** oratio iusti sicut incensum offert in conspectu domini: et eleuatio manuum eius sacrificium est vespertinum: cum apostolus dicat: **Nolite** fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ut vacetis orationi. **Et** iterum. **Redire** in id ipsum. certum est quod impedit sacrificium indefinens his que coniugio seruiunt. **Videtur** ergo ille solus offerre sacrificium indefinens qui deuotus est perpetue castitati. **Sed** sunt alij dies festi his qui non possunt indefinenter immolare sacrificium castitatis.

Die autem sabbati. **Secunda** ergo festiuitas est sacrificij sabbati. et oportet queque iusti festiuitatem hanc agere. de qua dicit apostolus: **Relinquet** ergo sabbatismus. i. sabbati observatio populo dei. **Relinquentes** ergo iudicum sabbatum: qualis debeat christiano esse sabbati observatio videamus.

Die sabbati nihil de mundanis actibus oportet operari. Si ergo nihil mundanum geras: spiritualibus vaces: ad ecclesiam venias: verbo dei aure percipias: celestia cogites: de futura spe sollicitudinem geras: venturum iudicium per oculos habeas: non respicias ad presentia et visibilia: sed ad invisibilia et futura: Hec est observatio sabbati christiana: hec iudei observare ceterent. Apud ipsos quoque faber et structor: et huiusmodi opifices in die sabbati occiuntur: lector autem diuine legis: vel doctor: ab opere suo non desinit: nec tamen contaminatur sabbatum. unde. **Sacerdotes** in templo sabbatum violant: et sine crimine sunt. Qui ergo cessat ab operibus seculi: et spiritualibus vacat: sacrificium sabbati: et diem festum agit. Neque onera portat in via. Unus enim est omne peccatum: secundum illud. Sic onus graue grauatque sunt super me: neque ignem accendit: et quo dicit. **Ite** in lumine ignis vestri est. Unusquisque sedet in loco suo: et non peccat ex eo. **Locus** quoque spiritualis est: iusticia: veritas: sapientia: sanctificatio: et omnia que christus est: locus anime est. **Ex** hoc loco non oportet eam exire: vt vera sabbata custodiat: et diem festum sacrificium erigat sabbatorum: sed illud. **Qui** manet in me: et ego in illo.

Verum altius repetamus que sit veri sabbati observatio. Ultra hunc mundum est: quod enim scriptum est: **Requieuit** deus in die sabbati ab operibus suis: non videmus vel tunc factum esse in die septima: vel etiam nunc fieri. **Sempiternum** videmus deum operari: nec est sabbatum in quo non operetur. Producentem solum suum super bonos et malos: et plenus super iustos et iniustos: producens in motibus sanum: et herbam seruituti hominum: percussens et sanans: reducens ad inferos et reducens. Unde cum iudei prescriberent sibi de operatione et curatione sabbati: respondit. **Pater** meus usque modo operatur: et ego operor: ostendens in nullo huius seculi sabbato requiescere deum a dispensatione mundi. **Erit** ergo verum sabbatum in quo requiescet deus ab omnibus operibus suis: cum auferet dolorem et tristitiam et gemitum: et erit deus omnia in omnibus. **In** quo diem festum: et verum sabbatum cum angelis celebrabimus offerentes sacrificium laudis: et sacrificium indefinens cum indefinenter assistet deo anima: et offeret sacrificium laudis per pontificem magni qui sacerdos est in eternum secundum ordinem melchisedech.

Et duas decimas. Hec offertur: qui spirituali gratia repletur scientiam diuini testamenti et docente spiritu sancto: verbis et exemplis doctorum auditores suos: non per temporali lucro: sed per vite eterne premio.

In kalendis. Id est in neomeniis: cum ecclesia vel quilibet anima soli iusticie sic propinquat: vt vnus spiritus cum eo fiat: et per ipsum inouata veterem hominem abiciat.

Idem. Tercia festiuitas neomenie dies: in qua et hostia offertur. Neomenia autem noua luna dicitur. Noua autem dicitur soli proxima vt sub claritate eius lateat. **Sed** et hec festiuitas umbra futuro: sicut et alie. **Sol** iusticie christus est: huic si luna: id est ecclesia que lumine eius repletur iuncta fuerit: vt vnus spiritus cum eo fiat: tunc festiuitate neomenie agit. **Tunc** enim noua efficitur: cum abiciat veterem hominem: et induit nouum qui secundum deum creatus est. **Tunc** neque videri neque comprehendi humanis potest aspectibus. **Cum** enim totam se sociauerit domino: et ad splendorem eius totam se concesserit: nihil omnino terrenum cogitat vel querit: nec hominibus placere studet: sed totam se sapientie: totam se lumini: totam se calori spiritus sancti

duos agnos anniculos offert: qui simplicitate mentis: et innocentia operis deo exhibet.

duos agnos anniculos immaculatos

et duas decimas similem oleo consperse in sacrificio: et liba que rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. **In** kalendis autem: id est in mensium exordijs: offeretis holocaustum domini vitulos de armento duos: arietem vnum: agnos anniculos septem immaculatos: et tres decimas similem oleo consperse in sacrificio per singulos vitulos: et duas decimas similem oleo consperse per singulos arietes: et decimam decime similem ex oleo in sacrificio per agnos singulos.

Holocaustum suauissimi odoris

man cipat subtilis et spiritualis effecta. Ideo dignissime diem festum agit: et hostiam neomenie domino tanquam per spiritum in nouata ingulat.

Titulos de ar. Potest in duobus vitulis iocunditas boni operis in anima vel in corpore signari. **Que** secundum duo testamenta offertur deo vel deo in duobus preceptis caritatis.

Arietem vnum. In arietem regimine discipline forte et immobile secundum vnitatem fidei catholice.

atque incensi est domino. **Libamenta** autem vini que per singulas fundenda sunt victimas ista erunt. **Mediam** pars hinc per singulos vitulos tertia per arietem: quarta per agnum. **Doc** erit holocaustum per omnes menses qui sibi anno vertente succedunt. **Dyrus** quoque offeretur domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. **Medie** autem primo quartade-cima die mensis in phase domi erit et quintadecima die solennitas azimorum. **Septem** diebus vescent azimis: quarum dies prima venerabilis et sancta erit. **Omne**

Agnos anniculos septem. Simplicitatem et mansuetudinem mox pro celesti requie per gratiam septiformis spiritus.

Et tres decimas. Hoc offertur qui scientiam spiritalem in sancte trinitatis fide oleo leticie illuminatus exhibet cum bono opere.

Et duas decimas. Hoc facit qui decalogum legis in duobus preceptis caritatis ad suam et proximum vtilitate studet convertere: et sic totam vitam suam in suauem odorem domino dedicare.

Et decimam decime. Hoc fit cum simplicitate mox secundum scripturam regulam gratia spiritus sancti cooperante instituitur et ornatur. **Vene** autem hec omnia in holocaustum domino iubentur offerri: quia hec agere debemus non vt humanam laudem vel presentem et tribuamur

queramus: sed omnium bonorum datorum deo per omnia placeamus: et eterne vite retributionem mereamur.

Medie autem primo. **Tri.** Quarto loco ponitur inter festiuitates dei pasche solennitas: in qua agnus occidit: agnus: id est vnus: agnus qui tollit peccata mundi: quia pascha nostrum immolatus est christus. **Iudei** carnali sensu comedant carnes agni: nos autem carnem verbi dei. **Ips** autem ait: **Nisi** comederitis carnes meas non habebitis vitam in vobis. **Hoc** quomodo loquimur: carnes sunt verbi dei: si quasi infirmis olera: aut quasi pueris lactis alimoniam proferamus: si tamen perfecta loquimur: si robusta: si fortia: carnes verbi apponimus comedendas. **Ubi** enim mysticus sermo: et trinitatis fide repletus: et solidus profertur: vbi futuri seculi amoto velamine literę legis spiritualia sacramenta panduntur: vbi spes anime auulsa de terris: collocatur in illis que oculus non vidit: nec auris audiuit: hec omnia sunt carnes verbi dei. **Qui** potest perfecto vasa: et corde purificato: ille vere festiuitatis pasche imolat sacrificium: et diem festum agit cum deo et angelis.

Quintadecima die. **Idem.** Sequitur huic prima festiuitas azimorum: quam merito celebrabis: si extermines omne fermentum malicie et nequitie ab anima tua: et azima sinceritatis et veritatis custodias. **Non** enim putandum est deum leges hominibus pro fermento scribere: et exterminari animam iubere de populo suo si partem fermenti in domo sua habuerit: et huic fermenti causa tantum offendi: vt animam quam ad ymaginem suam fecit exterminari iubeat et enerti. **Sed** illud horretur deus si malicie: id est nequitie spiritus anima fermentetur et intumescat ad flagicia. **Hec** si deo anime nostre non abiciamus merito exterminabimur. **Sed** ne cotinuas etiam si videris parum intra te fermentari maliciam: quia modicum fermenti totam massam corrumpit: et vni peccati aliud gignit. **Si** enim quis accepto castitatis fermento quotidie castior efficitur: sic accepto neque fermento quotidie efficitur nequior: et deterior.

Idem. Omnes qui imbuendi sunt altioribus disciplinis: molestum habent rudimento: labore cum discipline ignorant vtilitatem. **Do**lest

Marginal notes on the right edge of the page, partially cut off. Visible text includes: "et vnus spiritus cum eo fiat", "et per ipsum inouata", "veterem hominem abiciat", "et hostia offertur", "Neomenia autem noua luna dicitur", "Sed et hec festiuitas umbra futuro", "Sicut et alie", "Sol iusticie christus est", "huic si luna", "id est ecclesia", "que lumine eius repletur", "iuncta fuerit", "vt vnus spiritus cum eo fiat", "tunc festiuitate neomenie agit", "Tunc enim noua efficitur", "cum abiciat veterem hominem", "et induit nouum", "qui secundum deum creatus est", "Tunc neque videri neque comprehendi humanis potest aspectibus", "Cum enim totam se sociauerit domino", "et ad splendorem eius totam se concesserit", "nihil omnino terrenum cogitat vel querit", "nec hominibus placere studet", "sed totam se sapientie", "totam se lumini", "totam se calori spiritus sancti".

ergo nobis videntur rudimenta iudeoz qui primis imbuebantur elemē-
 tis: cum primo audiunt. Vult enim quisq; discere de his que ad salutem
 ptinent: cum autē sacrificia arietū byrcorum ⁊ vituloz recitantur: nihil vi-
 litatis inesse putat. Sed si possit veteris testamēti velamen remouere: vi-
 debit q̄ magnifica sint que sup̄flua ⁊ superficialia ducunt: in pasche festi-
 nitate agnus est qui purificat populum: in alijs byrcus: in alijs vitulus:
 aut aries vel capra vel vitula. Unus ergo ex his qui ad purificandū po-
 pulum sumuntur: est agnus: i. ipse xp̄us: q̄ tollit peccata mundi.
 Si agn̄ qui ad pu-
 rificandū pplm̄ da-
 tus ē: xp̄m significat.
 consequenter etiā ce-
 tera animalia purifi-
 cationi deputata: re-
 feruntur ad alias plo-
 nas que aliqd purifi-
 cationis cōferant hu-
 mano generi. Sicut
 enim xp̄s in sacrificiū
 oblati: peccatorum
 remissionē in vniver-
 so mūdo prestavit: ita
 forte ceteroz sancto-
 rum sanguis qui effu-
 sus est: alterius sicut
 vitule: alterius sicut
 byrci: aut capre: aut
 alicuius horuz fufus
 est ad expiandū p
 parte aliqua populū.
 Sive hec ad instozū
 pphetarūq; plonas
 qui in hoc mundo in-
 gulati sunt: vel eozū
 qui dicūt: Quoniaz
 pp̄ te mortificamur
 tota die estima: su-
 zē referēda sunt: sive ad
 superiores virtutes:
 quibus pcuratio hu-
 mani generis data ē
 quis facile audeat af-
 firmare? Reoz enim
 animalia hec p specie:
 sed per figuram refe-
 rantur ad illam: vel
 ad illam personam.
 Sicut ip̄e xp̄s: nō iō
 agn̄: dicit q̄ in agni
 specie sit cōuersus: s;̄
 quia voluntas ⁊ bonitas eius qua deū hominib; ppiciavit: ⁊ peccata de-
 leuit: quasi agni hostia fuit immaculata ⁊ innocens: qua placari hoibus
 diuina creduntur: sic ergo fortassis sicut angeloz vel instozum hominū
 diuina interueniat: p peccatis hominū: pro repropiciatione diuina: velut
 aries: aut byrcus: aut vitulus oblati sacrificium ad purificandū pplm̄
 accipi potest. An non videtur vt aries: vel byrcus: holocaustum se obtu-
 lisse paulus pro plo israel cū diceret: Oprobam anathema esse a christo
 pro fratribus meis zē. Et alibi. Ego enī iam imolor zē. Figuraliter autē
 potest videri q̄ alius: p festiuitate sabbati: alius pro festiuitate nouozum:
 alius pro festiuitate tabernaculoz quasi byrcus: vel vitulus: aut aries offe-
 ratur ad reconciliandū hominibus deū. Dum enī sunt peccata: necesse ē
 requiri hostiam: p peccatis. Si enim non fuisset peccatū: non necesse er at
 dei filium agnum fieri: ⁊ in carne positū iugulari. Sed quia introiuit pec-
 catum in hunc mundum: cuius necessitas ppiciatōem requirit: que tamē
 per hostiam fit: necessariū fuit pro peccato hostias pvideri: ⁊ quia peccati
 diuerse qualitates fuerunt: pvidentur hostie diuersoz animalium. Sic
 ergo alius angelozum vel sanctoz efficitur vitulus qui in illa festiuitate
 interuenit pro delictis populū. Alius autem aries i alia festiuitate. Quod
 si purificari poterint homines a peccatis: minuuntur hostie. Si enī pro
 multitudine peccatoz multiplicantur hostie: ⁊ pro exiguitate minuuntur.
 Vnde in festiuitate scenopbegie cum per octo dies iubentur hostie offer-

S peccatū: s. qui facit peccatū seruus ē peccati.
 opus seruale non facietis in ea.
Offeretis q̄ i incensum holocau-
 stum dño. vitulos de armento du-
 os. arietem vnum. agnos annicu-
 los immaculatos septē. ⁊ sacrificia
 singuloz ex similia que conspersa
 sit oleo: tres decimas p singulos
 vitulos: ⁊ duas decimas per arie-
 tem: ⁊ decimam decimę p agnos
 singulos. i. septez agnos: ⁊ byrcū
 pro peccato vnū: vt expietur pro
 vobis: p̄ter holocaustū matuti-
 num: quod semp offeretis. Itq; fa-
 cietis per singulos dies septē die-
 rum in fomitem ignis ⁊ in odore
 suauissimuz dño qui surget de ho-
 locausto ⁊ de libationibus singu-
 lozum. Dies quoq; septimus ce-
 leberimus ⁊ sanctus erit vobis.
 Omne opus seruale nō facietis i
 eo. Dies etiaz primitiuoz qñ of-

ri: prima die quasi adhuc in abundantia peccatoz quattuordecim vitu-
 li iubentur offerri. Secundo quasi iminutis peccatis minuuntur hostie: ⁊
 offeruntur tredecim vituli: tertia duodecim. post hec vndecim: quasi puri-
 ficationibus deficiente p dies multitudine peccatoz minuitur nūs hostia-
 rum. Sic etiā p dispositōe totius mūdi ratōem purificatōis intellige. In-
 digent enī purificatōe nō solum que i terra sunt: sed etiā que in celis. Im-
 minet enī celis p̄ditio: q̄ peribūt ⁊ omnes vt vestimentum veterascent ⁊
 mutabunt. Intuere ergo totius mūdi: i. celestium: terrestriū: ⁊ inferoz purificati-
 onē. Vide quantis i-
 digeant bycoia ho-
 stijs: q̄ntos requirāt
 vitulos: quātos arie-
 tes: q̄ntos byrcos: s;̄
 in his oibus vn̄ est
 agnus qui totū mun-
 di potuit auferre pec-
 catum. Ideo ceterę
 cessauerūt: q̄ hec vna
 hostia sufficit p totū
 mūdi salute: ceterę cū
 sicib; peccata: hic so-
 lus potestate dimisit.
 Dicebat enim fili re-
 missa sūt tibi peccata
 tua. Sic ergo imbui-
 tur mūdus: primo p
 diuersas hostias q̄re
 re remissionē peccato-
 rū: donec veniat ad
 hostiā pfectā: agniuz
 anniculū pfectum q̄
 tollit peccata mūdi:
 p que festiuitates a-
 gat spiritales: nō ad
 satietatē carnū: s;̄ ad
 pfectum spūs sacrifi-
 cijs spiritualib; i puri-
 ficatōe metis oblati.
Dies etiā pri-
 mitiuorum. Ori.
 Sexta festiuitas de
 nouoz: q̄ primitiū d
 nouis fructib; offerū-
 tur: vbi enī seminatur
 fuerit ager: ⁊ diligen-
 ter excultus: ⁊ ad ma-
 turitatē puenit se-
 ges: in fructū pfecti
 one festiuitas domi-

C. XXIX.
Mensis etiam
 septimi prima dies

agetur. Si vis ergo nouozū diem festum agere cū deo: vide q̄no semines
 aut vbi: vt possis tales metere fructus quib; letari facias deū: ⁊ agere diē
 festum. Nō implere nō poteris: nisi i spiritu seminaueris vt de spū metas
 vitam gternā: ⁊ vere agas festū nouoz. vnde. Innouate vobis noualia
 ⁊ nolite seminare sup spinas. Qui cor suum innouat: inouat sibi noualia
 ⁊ non seminat sup spinas: s;̄ sup terrā bonā: que reddet ei fructū tricestimū
 aut sexagesimū: aut cētesimū. Ille ē ergo q̄ in spiritu seminat ⁊ colligit fru-
 ctum spūs. Fructus autē spiritus: primum omnū est gaudiū: ⁊ merito diē
 festum nouozum fructū agit: qui gaudium metit. Precipue autē si simul
 metat pacem: patientiam: bonitatē: mansuetudinem ⁊ similia.

C. XXIX.
Mensis etiā septimi. Ori. Sequitur festiuitas septimoz. Sicut
 enim inter dies septimus quisq; obseruat sabbatū: ⁊ est festiuitas: ita iter
 mensis septimus quisq; mensis sabbatū est mensium. Agitur ergo festiui-
 tas que dicitur sabbata sabbatozū: ⁊ fit in die prima mensis memoria tu-
 barum. Sed quis ē qui festiuitatē gerat memorię tubarū: nisi qui scriptu-
 ras p̄beticas ⁊ apostolicas que veluti celestis personant tuba memorię
 thesaurū cōmendat: ⁊ in lege dei meditat die ac nocte: et q̄ potest gratias
 spiritus sancti pmereri: quibus inspirati sunt p̄phę: ⁊ psallens dicere. Ca-
 nite in initio mensis tuba: Est ⁊ alia festiuitas cum affligūt animas suas
 ⁊ humiliant festa celebrantes. Omnia festiuitas: dies festus vocat animę

afflictio. **D**ie enim inquit dies est ppiciationis decima die mensis septimi. **V**ide ergo si diem festum vis agere: si vis ut letetur super te: afflige animam tuam: et humiliane expleat desideria sua: ne lasciviat. **D**enique pasche festivitatis et azimorum panem afflictionis habere dicuntur: nec potest quis agere diem festum nisi afflictionis panem manducavit. **E**t pascha cum amaritudine manducatur. **V**ides ergo quales sunt festivitates dei: non recipiunt corporalem dulcedinem: nihil remissum: nihil voluptuosum voluit: sed afflictionem anime et amaritudinem humilitatemque deposcunt: quia qui se humiliat exaltabitur. **H**oc ergo poscit dies ppiciationis. **C**um enim afflictus fuerit anima: et humiliata in conspectu domini ppiciatur Christus quem ppofuit deus ppiciationem in sanguine suo per fidem.

Quintadecima vero die. **D**omi. **V**ltimus dies festus de quo letatur in homine scenopogea est. **L**etatur ergo super te cum viderit in tabernaculis habitantem: non super terram fixam et

venerabilis et sancta erit vobis. **O**mnino opus servile non facietis in ea: quia dies clangoris est et tubarum. **O**fferetis quoque holocaustum in odorem suavissimum domino: vitulum de armamento unum: et arietem unum: agnos anniculos immaculatos septem: et in sacrificiis eorum similem oleo consperget tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietem: unam decimam per agnum: qui simul sunt agni septem et hircum pro peccato: qui offertur in expiationem populi: propter holocaustum kalendarum cum sacrificiis suis: et sacrificium sempiternum cum libationibus solitis. **H**is die ceremoniis offeretis in odorem suavissimum incensum domino. **D**ecima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis et affligetis animas vestras. **O**mnino opus servile non facietis in ea. **O**fferetis quoque holocaustum domino in odorem suavissimum: vitulum de armamento unum: arietem unum: agnos anniculos immaculatos septem: et in sacrificiis eorum similem oleo consperget tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietem: decimam decimam per agnos singulos: qui sunt simul septem agni: et hircum pro peccato: absque his que offerri pro delicto solent in expiationem: et holocaustum sempiternum in sacrificio et libaminibus eorum. **Q**uintadecima vero die mensis septimi que vobis erit sancta atque venerabilis. **O**mnino opus servile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitates

domino: vii diebus offeretis quoque holocaustum in odorem suavissimum domino: vitulos de armamento tres: decem arietes duos: agnos anniculos immaculatos quattuordecim: et in libamētis eorum similem oleo consperget tres decimas per singulos vitulos: qui sunt simul vituli tredecim: et duas decimas arietem uno: et similem arietibus duobus: et decimam decimam agnis singulis qui sunt simul agni quattuordecim et hircum pro peccato absque holocausto sempiterno: et sacrificio: et libamine eius. **I**n die altero offeretis vitulos de armamento duodecim: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quattuordecim: sacrificia quoque et libamina singulorum: per vitulos: et arietes: et agnos: rite celebrabitis: et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno: sacrificio quoque et libamine eius. **D**ie tertio offeretis vitulos undecim: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quattuordecim: sacrificia quoque et libamina singulorum per vitulos: et arietes: et agnos rite celebrabitis: et hircum pro peccato absque holocausto sempiterno: sacrificio quoque et libamine eius. **D**ie quarto offeretis vitulos decem: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quattuordecim: et sacrificia eorum: et libamina singulorum per vitulos: et arietes: et agnos rite celebrabitis: et hircum pro peccato absque holocausto sempiterno: sacrificio quoque eius et libamine. **D**ie quinto offeretis vitulos novem: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quattuordecim

fundatum animi habentem: nec que terrena sunt: et quasi umbra per hereditate possidentem: sed in transitu positum: et dicentem: Incola ego sum et peregrinus sicut omnes patrum. **I**n tabernaculis enim habitaverunt abraham: ysaac: et iacob. **C**um ergo paratus es credere te ad aeterna: vis quoque pervenias ad terram fluentem lac et mel: letatur deus in te: et diem festum agit super te: hoc quidem implenti. **I**n futuro vero si vis considerare quomodo agant divites festi: obliviscere omnia mundana: describetur quomodo celum et terra transierit: et transit omnis habitus mundi. **C**elum vero novum et terra nova fundatur. **A**move solis huius lucem: et da illi mundum qui venturus est: solis huius septuplum lumen: imo ipsum deum. **P**one astantes angelos glorie: et omnes celorum virtutes. **C**onsidera quomodo ibi agi possunt dies festi domini: que ibi festivitas: que ibi gaudia: que leticie magnitudines. **Q**uamvis enim magne sunt: et vere festivitates que spiritualiter geruntur in anima: et preteram sunt: non ex integro: sicut ex parte sumus: et ex parte prophetamus: unde. **N**emo vos iudicet in cibo aut potu: aut in parte diei festi: non dixit in die festo. **E**x parte enim die festum in hoc mundo celebramus: corpore autem corruptibile aggruat animam: et reprimit sensum multa cogitationem. **C**um autem venerit quod perfectum est: evacuabitur quod ex parte est.

[Marginal notes on the right side of the page, partially cut off. Visible text includes:]
 fundatum animi habentem...
 Incola ego sum...
 In tabernaculis enim habitaverunt...
 Cum ergo paratus es credere...
 aeterna: vis quoque pervenias...
 letatur deus in te...
 In futuro vero si vis considerare...
 quomodo agant divites festi...
 obliviscere omnia mundana...
 describetur quomodo celum et terra...
 transierit: et transit omnis habitus...
 mundi. Caelum vero novum et terra...
 nova fundatur. Amove solis huius...
 lucem: et da illi mundum qui venturus...
 est: solis huius septuplum lumen: imo...
 ipsum deum. Pone astantes angelos...
 glorie: et omnes celorum virtutes.
 Considera quomodo ibi agi possunt...
 dies festi domini: que ibi festivitas:
 que ibi gaudia: que leticie magnitudines.
 Quamvis enim magne sunt: et vere...
 festivitates que spiritualiter geruntur...
 in anima: et preteram sunt: non ex...
 integro: sicut ex parte sumus: et ex...
 parte prophetamus: unde. Nemo vos...
 iudicet in cibo aut potu: aut in parte...
 diei festi: non dixit in die festo. Ex...
 parte enim die festum in hoc mundo...
 celebramus: corpore autem corruptibile...
 aggruat animam: et reprimit sensum...
 multa cogitationem. Cum autem...
 venerit quod perfectum est: evacuabitur...
 quod ex parte est.

Siquis uirorum etc. Animo que imperfectum virum occurrit. nemo dicitur in uotis: sed libertatem suam habet in illis.

Origenes. Votum lex ponitur. et nono principio in hac lege moyses dicitur. Aut enim homo homo quicumque uouerit domino etc. Quali non dixisse suffecerit. homo qui uotum uouerit domino. Est enim alius interior homo qui renouatur de die in diem secundum ymaginem dei. alius uero exterior qui contempnitur. Cum uero uenit ad hunc profectum ut lex dei suscipiatur. et uota offerantur: que offerre non potest nisi qui habet aliquid in semetipso quod offerat deo: non sufficit exterior legem dei suscipere. et uota solus offerre: quia non potest aliquid dignum deo habere. Sed interior qui habet in se quid offerat deo. in quo est habitatio uirtutum. intellectus. scientia. et diuine ymaginis in nouatio. Qui cum speciem suam que ab initio a deo facta est recuperauerit: et uirtutum redintegrationem puritudo prioris formae: potest uota offerre. et tunc non homo solum: sed homo homo dicitur. Nam qui interiori hominem non excolit: uirtutibus non construit. moribus non ornat. sapientiam dei non querit: et scripturarum opera non impedit: non potest homo homo dici: sed homo tantum. et homo animalis. Quia interior qui ueritas et nobilitas dicitur homo sopitus in eo est carnalibus uiciis. et mundi huius curis. Unde cuius agendum est. si interiori hominem peccatorum foridibus se oppressum uidet: ut citius eruat eum ab omni inquinamento carnis et sanguinis. conuertat ad patriam. renouet ad se memoriam dei et spem salutis. Non enim hec extrinsecus agenda sunt. Intra nos est salutis occasio. unde. Ecce regnum dei intra uos est. Intra uos enim est conuersionis facultas. Cum enim conuersus in gemueris saluus eris. et poteris diuine altissimo reddere uota tua. et homo homo appellari. Votum autem est cum aliquid de nostris offerimus deo. Vult aliquid a nobis accipere deus: et ita nobis largiri ipse: ut dona sua non immeritis largiatur. unde. Et nunc israel quid dominus deus tuus poscit a te. nisi ut tu timeas deum tuum. et ambules in uisibus eius. et diligas eum ex toto corde tuo etc. Hec poscit deus a nobis. que si prius non offeramus: nihil ab eo accipiemus. Si dederimus gloriam: recipiemus gloriam. ait enim. Glorificatus me glorificabo. Si offeramus iusticiam nostram: accipiemus iusticiam dei. et si offeremus nostram. id est. corporis castitatem: accipiemus ab ipso spiritus castitatem. et si offeramus sensum nostrum: accipiemus sensum ipsius. unde apostoli. Nos autem christi sensum habemus. Sic ergo non solum homo: sed homo homo dicemur. uterque enim uocabuli sui perfectione ornatus est. Leguntur diuersa uota in scripturis. Anna uouit deo fructum uentris sui. et samueles consecravit in templo. Itepe quodcumque sibi post uictoriam occurrisset. et occurrente filia uota soluit lacrimanda. Alii uitulos. uel arietes. uel domos. uel alia ratione carentia. Ille uero qui appel-

sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hyrcum pro peccato absque holocausto sempiterno. sacrificiaque eius et libamine. Die sexto offeretis vitulos octo. arietes duos. agnos anniculos unum. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hyrcum pro peccato absque holocausto sempiterno. sacrificiaque eius et libamine. Die septimo offeretis vitulos septem. et arietes duos. agnos anniculos unum. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hyrcum pro peccato absque holocausto sempiterno. sacrificiaque eius et libamine. Die octavo qui est celeberrimus. omne opus seruile non

latur nazareus semetipsum. Hoc enim est uotum nazarei quod est super omne uotum. Filius enim uel filia aut pecus. aut pygidium extra nos est. Semetipsum deo offerre. nec alieno labore. sed proprio placere perfectius et eminentius est in omnibus uotis. Quod qui facit imitator est christi. Ille enim dedit terram. mare. et omnia que in eis sunt. Celum quoque solem et lunam et stellas ministerio hominum. pluuias et uentos. et quidquid in mundo est hominibus largitur. et postea semetipsum. Sic enim dilexit deus mundum. ut filium suum unigenitum daret pro mundi uita. Quid enim magis faciat homo si semetipsum offerat deo. Cum se deus obtulerit propter. Si ergo tollas crucem tuam et sequaris christum: si dicas. Diuino autem ianone ego uiuam in me ipse. Si desideret anima tua esse cum christo. et non delectetur in seculo: semetipsum. id est. animam tuam obtulisti deo. Qui in castitate uiuit: corpus suum uouit. unde uirgo cogitat quomodo sancta sit corpore et spiritu. Sancti ergo dicuntur qui deo uentur. Unde aries si deo uouetur: sanctus appellatur. nec licet ei tondere ad coes uisus. Similiter uitulus. nec licet eum iungi in commune opus. Si ergo te uoueris deo. imitatus est tibi uitulus: ut facias tantum quod pertinet ad diuinum cultum.

C. XXX.

Narrauitque moyses filiis israel omnia que ei dominus imperarat. Et locutus est ad principes tribuum filiorum israel. Iste est sermo que per cepit dominus. Si quis uiroque uotum domino uouerit aut se iuramento strinxerit

quod aliquid sub eis degunt ut filie. aliquid ut uxores. Si qua ergo uouet aliquid propter opus et minus apte. custodis est reprimere uouentis audaciam et retundere. Quod si non fecerit: anima liberabitur a culpa. ipse uero uoti erit reus. sed hoc de inferioribus. Perfectionibus uero adest ipse deus. sicut dicitur de populo israel. ipse dominus ducebat eos. Sed postquam deliquerunt et inferiores se ipsis facti sunt: angelo traduntur. Unde moyses dicebat. Nisi tu ipse ueneris nobiscum. non me educas hinc. et de iusto dicit deus. Cum ipso sum in tribulatione. et alibi dicit. Re timeas descendere in egyptum quonia tecum ero. Iustus ergo et electus dominus adest: inferioribus uero angeli. Nos autem contendere debemus: ut occurramus in uirum perfectum. et utamur libertate uotorum. ut cum ipso domino unum spiritus simus: ut ipse in nobis maneat. et nos in ipso. nihil in nobis femineum. nihil paruule etatis habeatur. nec necesse sit nobis sub tutoribus et procuratoribus derelinqui a patre.

Iuramento constrinxerit non etc. Augustinus. Non hoc ad omnem iurationem pertinet: sed ad eam ubi quisque uouet alicuius rei abstinentiam qua licebat uti per legem. sed per uotum ipse sibi efficit non licere.

Idem. Anima rum que ecclesia dei sunt curam habent angelorum. quos etiam ad iudicium cum hominibus uenire ostendimus: ut constat uirtus sui desiderio peccauerint homines. an custodum negligentia. Videtur ergo mihi

Mulier si zc. Id est. si femina z adhuc tenera fuerit aia: cui vir vel pater dominatur in votis: non semper in ipsa est culpa: sed interdum redit ad viros vel parentes.

Iuramentum quo zc. Lxx. Et diffinitiones quas diffiniunt aduersus animam suam. Non q talibus votis noceant anime sue: sed aduersus animam dicitur aduersus animalem delectationem sicut ibi. Affligetis animas vestras.

Aug. Merito qritur in hoc loco etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam virgines in scriptura solent appellari: z videtur apostolus de patre loqui cu dicit: seruet virginem suam: z det nuptui virginem suam zc. et hoc modo. vbi non nulli intellexerunt virginem suam. i. virginitatem suam: nulla tamen hoc simili scripturarum locutione demonstrant: cuius sit inusitatissima.

Nec obnoxia. Lxx. Dominus mundabit eam: quia abnuat pater eius. i. mundam h abebit z iudicabit sicut dicit: mundavit eam sacerdos: z mundatide non mundabit eam. i. non dices mundum eum q imundus est.

Si maritum. Id est. si adulta z viripotens fuerit ad concipiendum semen verbi dei: z doctrine spiritalis capienda secreta. vnde. Volo aut omnes vos vni viro virginem castam exhibere christo.

Aug. Quia dñs mandavit feminam sub patre esse anteq nubat: z sub viro nuptam: noluit ita lex aliquid vouere eam aduersus animam suam in rerum licitarum abstinentia: vt in eisdem votis feminea valeat autoritas: sed virilis. Ita vt si qad huc in nupte iam concesserit pater vota p solueret: si antequa persoluerit nupsit: z viro eius hoc cognitum no placuerit: non persoluat: z sit omnino sine peccato: quia dominus mundavit eam sicut dicit. i. mundam fieri iudicavit. Neq hoc contra deum fieri putandum est: cum ipse preceperit z voluerit.

Uxor in domo uiri zc. Aug. De illa prius dixit que i domo patris sui vouit: z anteq redderet nupsit. De ea ergo que in domo mariti vouit ita loquitur. Si in domo mariti eius votum eius. aut diffinitio q aduersus animam eius cum iureiurando: z audierit vir eius zc. Manifestum est ergo ita voluisse legem feminam esse sub viro: vt nulla vota eius que abstinentie causa vouerit reddant ab ea: nisi vir fuerit autor: permit-

non faciet irritum verbum suum: sed omne qd promisit implebit. **Mulier si quippiam vouerit z se constrixerit iuramento que est in domo patris sui z in etate adhuc puellari: si cognouerit pater votum qd pollicita est: z iuramentum quo obligauit animam suam z tacuerit: voti rea erit: quicquid pollicita e z iurauit opere coplebit. Sin aut statim vt audierit contradixerit pater: z vota z iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebit spofioni: eo q contradixerit pater. Si maritus habuerit z vouerit aliqd z semel verbum de ore eius egrediens animam illius obligauerit iuramento: quo die audierit vir: z non contradixerit: voti rea erit: reddetq quodcumq promiserat. Sin autem audiens statim contradixerit: z irritas fecerit pollicitationes eius: verbaq qbus obstrinxerat animam suam propicius erit ei dñs. Vidua z repudiata quicquid vouerint reddent. Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit z iura**

tendo. Nam cum ad peccatum viri pertinere voluerit: si prius permisit z postea prohibuit: etiam hic (tamen non dixit vt faciat mulier: quod vouerat: quia permilla prius a viro fuerat) viri dixit esse peccatum qui abnuat qd prius concesserat: non tamen mulieri idco permisit vt si vir postea prohibuerit: contematur. Sed vtrum ista etiam ad vota continet: z ad concubitus abstinentiam pertineant: merito queritur: ne forte ea itel ligantur tantum aduersus animam voueri que sunt in cibis z potibus. qd

meto: si audierit vir z tacuerit nec contradixerit spofioni: reddet qd cumq promiserat. Sin autem extemplo contradixerit: no tenebit promissionis rea: quia maritus contradixit: z dominus ei propicius erit. Si vouerit: z iuramento se constrinxerit: vt per ieiunium: vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit vt faciat siue non faciat. Qd si audiens vir tacuerit: z in altera die distulerit sententiam: quicquid vouerat atq promiserat reddet: qa statim vt audiuit: tacuit. Si autem non contradixerit postq rescit: portabit ipse iniquitatem eius. Itz sunt leges quas constituit dominus moysi inter virum z uxorem: inter patrem z filiam: que in puellari adhuc etate est: vt que manet in parentis domo.

L. C. XXXI.
Ulciscere dominus ad moysen dicens: **Ulciscere** prius filios israel

ni perturbada: z huiusmodi. Vnde etiam hic aliquid figurate dictum intelligitur: vt qm sunt multe abstinentie ceremoniarum irrationabiles z inimice veritati. Hoc forte intelligi voluit sic ratas esse. cu rationabiles fuerint. i. eas ro appetuerit: que sicut vir debet regere omnem aialem motionem: que fit no tantum in appetendo: sed etiam in abstinendo: vt si mente z ratione decernitur: tunc fiat. Si autem improbat: no fiat. Si autem ro qd prius recte faciendum esse decreuerit post improbet: sit peccatum consilij: etiam si tu non nisi rationi motio illa consentiat. **C. XXXI.**

Ulciscere. Orig. Scandala filijs israel madianitarum tergum erasabe acciderant: qui subornauerant mulieres que eos deciperent: vt peccarent.

etiam videtur ibi significari. Nonne anima plus e qd elca: Et cum de ieiunio precipitur: ita dicitur. Affligetis animas vestras. Rescio autem vnu alicui legat aduersus animam votum dici qd de abstinentia concubitus fuerit. Maxime cum hic lex auctoritatem viro tribuat no mulieri que viro subdita est: tunc vota persoluet si vir vota approbauerit. Si autem renuerit: non debet. Apostolus cum de huiusmodi loqueretur: no maiorem auctoritatem viro qd femine dedit. Sed vxor iquit viri debitum reddat. si militer z vxor viro. Vxor non habet potestatem sui corporis sed vir. Similiter z vir non habet potestatem sui corporis: sed mulier. Cum ergo parem vtrique tribuat potestatem: in sinuat de concubendo vel non concubendo regulam non pertinere ad ea vota vbi no habent parem potestatem: sed vir maior rem: z prope eius solius est. Non enim ait lex uiru n debere reddere vota sua si vxor prohibuerit: sed vxore si vir prohibuerit. Preterea iste iustificationibus que in exodo sub hoc noie memorantur multa picipi que ad proprietatem non possunt accipi. nec in nouo. t. obseruari: sicut de aure serui pertudeda: z huiusmodi. Vnde etiam hic aliquid figurate dictum intelligitur: vt qm sunt multe abstinentie ceremoniarum irrationabiles z inimice veritati. Hoc forte intelligi voluit sic ratas esse. cu rationabiles fuerint. i. eas ro appetuerit: que sicut vir debet regere omnem aialem motionem: que fit no tantum in appetendo: sed etiam in abstinendo: vt si mente z ratione decernitur: tunc fiat. Si autem improbat: no fiat. Si autem ro qd prius recte faciendum esse decreuerit post improbet: sit peccatum consilij: etiam si tu non nisi rationi motio illa consentiat. **C. XXXI.**

de macta
sicut ad
populum
Armate
pugnam
domini
Vnde vi
eligan
ad bellu
de cunct
peditoz
moyses
ri sacerdo
z rubas
eis. Lun
dianitas
res occid
z recem
z scier
cipes gen
beos inter
q muliere
q pecora
q quid ba

Illi ergo pro peccato suo puniti sunt mediocrius tamē et parcius. Hi vero qui fuerant causa peccandi multo vehementius. Unde patet quia longe grauius est causam peccati prebere quam peccare. unde dicitur. Quia melius fuerat illi homini non nasci aut molam asinariam alligari circa colum eius et precipitari in profundum maris: quam ut scandalizaret unum de pusillis istis. Scandalum autem est: ubi recte ambulanti deceptio ad peccandum subijcitur.

Et sic colligeris

Non illume inquit. Apponeris ad populum tuum. Hoc contra samaritanas qui negant resurrectionem mortuorum. nec fidem futuri seculi recipiunt. Nemo enim apponitur ad eos qui non sunt. Constat ergo esse aliquem populum cui moyses dicit esse apponendum.

Mille uiri etc.

Aduerte diuine virtutis magnificentiam. Filij israel duodecim milia fuerant armatorum: omnes uicti sunt: quia erat in eis peccatum. Nunc vero xij. milia uictores uincunt. quia non in multitudine uicit israel: sed iusticia et pietas est in eis que uincit. unde. Unus persequetur mille: et duo decem milia. Videt ergo. quia plus ualet unus sanctus oratio quam innumeri peccatores precladio. Oratio enim sancti celum penetrat. Quomodo ergo in terris hostem non uincat. Queramus ergo et custodiamus iusticiam. induamur loriam iusticie accincti ueritate. et accipiamus galeam salutis. et gladium spiritus. et ante omnia scutum fidei. in quo extinguamus ignea tela maligni.

Talibus enim armis instructi diabolica castra fugabimus.

Et reges etc. Digenes. Interficiuntur reges madianitarum. et qui prius a mulieribus uicti sunt. nunc expiatione habita et acta penitencia reges uincunt. tantum ualet conuersio ad deum et correctio peccatorum. Fuit autem curę diuine scripturę nomina regum memorare eui et recem et sur et ur so. Hi enim regnant apud madianitas. quos penitus debet extinguere omnis qui militat deo. Eui namque beluinus uel ferinus interpretatur. Beluinos ergo et ferinos mores debes omnino perimere: ut placeas ei qui te probauit. et peruenias ad beatitudinem mortificata totius iracundie feritate. Ego puto quod hec nomina scriptura diuina non narrauit pro historia: sed pro causis et rebus aptauit. Quis enim stultus filio suo nomen beluinus imponit: sed magis institutionem animarum prospexit sermo diuinus uolens ostendere. quod aduersus huiusmodi uicia militare debemus: et istos reges fugare de corporis nostri regno: ne regnent peccatum in nostro mortali corpore. Nomina enim pro rebus aptantur. etiam apud gentiles et barbaros. Notum est cur abram abraham dicitur. et sarai sara. et iacob israel. Ioseph autem a pharaone barbara lingua pho tophanec cognominatus est. quod lingua sua de secretorum uel somniorum reuelatione composuit. Daniel quoque in babilonia baltasar nominatur.

de madianitis. et sic colligeris ad sacros ad superne ciuitatis cues. populum tuum. Statimque moyses.

Armate inquit ex uobis uiros ad pugnam. qui possint uisionem domini expetere de madianitis.

Mille uiri de singulis tribubus eligantur ex israel qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de cunctis tribubus. i. xij. milia expeditorum ad pugnam. quos misit moyses cum phynes filio eleazari sacerdotis. Uasa quoque sancta et tubas ad clangendum tradidit eis. Cunctaque pugnant contra madianitas atque uicissent omnes mares occiderunt. et reges eorum. eui. et recem et sur et ur rebe quinque principes gentis. Balaam quoque filium beor interfecerunt gladio. ceperuntque mulieres eorum et paruulos: omniaque pecora et cunctam suppellectilem quecquid habere potuerat de populo

Et ananias. et azarias. et misael. sidrac. misac. et abdenago. Madianitarum ergo regem moyses appellauit: prout gessit. Beluina inquit feritas est que regnat in madianitis. nec ipsa solum: alius est rex nomine recem. i. inanitas que ibi regnat. Multa enim inanitas et uanitas in hoc mundo quam dei miles superat et uincit: si nihil inaniter nihil superflue agit: memorans: quia etiam de ocioso uerbo reddent homines rationem in die iudicij. In hac uita hominis totum pene ociosum et inane est quod dicitur uel agit.

Inanis est ois actus et sermo in quo non est intrinsecus aliquid pro deo uel dei mandato.

Est et alius rex madian

vr. i. iruitatio. Vides quales sunt que regnant apud madianitas. Qui. s. debet expugnari. imo perimi. ab his qui deum sequuntur. Non enim tam regum quam uiciorum nomina que regnant in hominibus referuntur in lege: et uiciorum gentium bella que concupiscentiarum carnalium que militat aduersus animam describuntur. Denique hi que in uicijs regnant. u. reges esse dicuntur. ut pateat: quod omne uicium quod regnat in corpore ex quibus sensibus pendet. Hi ergo perimendi sunt de regno madianitarum: ut ultra uicia non regnent per eos. i. iusticia. nec ad scandalum uideant oculi: sed ad edificationem. Unde si oculus tuus scandalizat te: erue eum etc. Non tamen effodiendum precipit oculus corporis nostri: nec manum aut pedem abscidendum: sed sensum carnalia sentientem. et concupiscentis lasciuientem: ut oculi recta uideant. aures recta audiant. gustus noster uerbum dei gustet. manus palpent

et contrectent de uerbo uite. Et sic perceptis regibus madianitarum. regnet in nobis iusticia. i. xps que factus est nobis a deo iusticia. et pax. et redemptio

Balaam quoque. Patet consilio balaam subornatas esse mulieres madianitarum que deceperant israel. Unde hic uelut auctor sceleris interficitur. Dicitur et superius. quod balaam redijt in locum suum. Sed forte reuersus est. quamuis scriptura non dixerit. Vel forte in locum suum redijt ab eo loco ubi sacrificia faciebat: in eum. s. locum ubi tanquam peregrinus habebat hospicium. Non enim dicitur in domum suam. aut in patriam suam. De balaam autem dicitur est ad semetipsum: ubi tanquam dominus habitabat.

Cur feminas re. etc. Rab. Dystice. Feminam in preda de bello reuerteris leuat que foras accipit prauos cohibens. et zelo bono destruit. delectatione carnalis in abscondito pectoris celat. Sed hoc moyses. i. lex redarguit. Qui enim delectationem carnis in occulto corporis celat: facile culpam prauę operationis erorbitat. Iubet ergo omne masculinum. paruulum etiam. mulieremque que nouerit uiros iugulari. que turpe appetitum et delectationem carnis. que concipit iniquitatem et parit peccatum. penitus interficere debem. Puellas autem et feminas uirgines. i. parte delectationis que non plenis est ad peccandum. sed et arde scit ad bonum peruenire: ut que deo placita sunt desiderem. et perficere studeam.

Ad suggestionem balaam. Hic euidentius ostenditur balaam suggestionem

mulieres subornatas fuisse.

Isidorus. *Non dubitavit balaam oblata copia feminarum fornicationis ruina israelitas collapsuros: quia concupiscibiles anime eorum partes sciebat esse corruptas. Ita demones unumquemque perturbant illius affectibus anime laqueos tradentes: quibus nos senserint egorare.*

Eleazar quoque. *Nota quod eleazar non ad omnem populum: sed ad viros virtutis loquitur: qui revertentur de prelio. Viri autem virtutis sunt qui ad bellum procedunt: quod in agone contendunt: et ab omnibus se abstinent. alij vero non viri sunt virtutis.*

Aurum et argentum etc. *Tempus belli est in hoc mundo contra nequicias spirituales et concupiscencias carnales. Spectat nos angelorum chorus: et virtutum celestium pia erga nos pendet expectatio: quam vel quod de prelio revertamur. quis plus afferat aurum: vel argenti. quam lapides preciosos curiose invenitur. Requirit etiam qui deferunt: quod ferrum: qui plumbum: vel vas ligneum: vel fictile aut aliquid huiusmodi imagine domus vestibus necessariis. Secundum ergo ea que quisque detulerit mansionis ei meritum deputabitur. Probatur tamen hec omnia: alia per ignem: alia per aquam: uniuscuiusque opus quod se sit ignis probabit.*

Et lauabitur. *Orig. Vides quomodo purgatione indiget omnis qui erit de prelio huius vite. Qui pugnaverunt pro filiis israel: madianitas interfecerunt: in quo deo placuerunt: cum voluntate impleverunt: hoc tamen ipso imundi dicuntur effecti. unde iubentur lavare vestimenta sua et mundari: et sic intrare in castra.*

Hi ergo qui pugnant: quod imundos hostes contingunt: polluti sunt. Si ergo diaboli vicero: et cogitationes imundas quas suggerit: vel venientes repulsero: vel ingressas intra me ne ad effectum veniant necauro: concilians caput draconis: hoc ipso tamen pollutus sum: quo pollutum calcare contemdi: Beatus tamen quia superavi. unde: Nemo mundus a forde. Des ergo

et quicquid est generis masculini etiam in parvulis: et mulieres que norunt viros in coitu ingulate. **P**uellas autem et omnes mulieres virgines reseruate vobis: et manete extra castra. vij. diebus. **Q**ui occiderit hominem vel occisum tetigerit lustrabitur die. iij. et vij. et de omni preda siue vestimentum fuerit siue vas: et aliquid in utensilia preparatum: de pellibus caprarum et pilis et ligno expiabit. **E**leazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverunt sic locutus est: **H**oc est preceptum legis quod mandavit dominus moysi. **A**urum et argentum et aes et ferrum et plumbum et stannum et omne quod potest transire per flamas igne purgabit. **Q**uicquid autem ignem non poterit sustinere: aqua expiationis sanctificabitur: et lauabitur vestimenta vestra die septimo: et purificatione postea castra intrabitis. **D**ixitque dominus ad moysen **T**ollite summam eorum que capti sunt ab homine usque ad pecus: tu et eleazar sacerdos: et omnes principes vulgi: dividiteque ex equo predam inter eos qui pugnaverunt et egressi sunt ad bellum: et inter omnem reliquam multitudinem. **E**t separabis partem domino ab his qui pugnaverunt et fuerunt in bello. unam animam de quingen-

tis tam ex hominibus quam ex bobus et asinis: et ovibus: et dabis eam eleazaro sacerdoti: quia primitie domini sunt. **E**x media quoque parte filiorum israel accipies quinquagesimum caput hominum et bouum et asinorum et ovium cunctorumque animalium et dabis ea leuitis que ex cubant in custodiis tabernaculi domini. **F**eceruntque moyses et eleazar sicut preceperat dominus. **F**uit autem preda quam exercitus cepit rat ovium sexcenta. lxxv. milia: bouum lxx. duo milia: asinorum. lx. milia et mille. **A**nime hominum sexus femineque que non cognoverant viros xxx. duo milia. **D**ataque est media pars his qui in prelio fuerant ovium trecenta. xxxvii. milia quingente: ex quibus in prelio supputate sunt oves sexcenta. lxxv. et de bobus. xxxvi. milibus: boues. lxx. et duo. **D**e asinis. xxx. quingentis: asini. lx. unus. **D**e asibus hominum xvi. milibus: cesserunt in partem domini. xxx. duae anime. **T**radiditque moyses numerum primitiarum domini eleazaro sacerdoti sicut fuerat imperatum ex media parte filiorum israel: quam sepeverat his qui in prelio fuerant. **D**e media vero parte que contigerat relique multitudini: id est. de ovium trecentis. xxxvii. milibus quingentis et de bobus. xxx. sex milibus: et de

et quedam per ignem transiunt: alij sufficit aque purificatio. **A**ssumuntur autem ex prelio homines et iumenta: cum captivus omnis intellectus ad obedientiam christo per verbum dei. **I**n quo pugnautes captivant intellectum eorum: qui contraria sentiunt. **P**auci sunt tamen qui pugnare possint: et prelia ista conficere. de sexcentis milibus armatorum qui videntur militare deo. sola. xij. milia eliguntur: ceteri relinquuntur in castris. **I**ntuere quanti sunt in ecclesia

purificatione indigemus imo purificatio bus. **M**ulte enim et diverse nos manent purificationes. **S**ed mystica hec sunt: et ineffabilia. **Q**uis enim enarrare poterit que sint purificationes que pariter petro: et paulo: et similibus qui tot hostes prostraverunt: tot spolia ceperunt: que cruentis manibus accedentes redeunt: quorum per tinctus est in sanguine: et manus suas laucit in sanguine peccatorum: interficientes in matutino oes peccatores terre. **P**eremerunt enim diversas de montibus getes: quas nisi visissent captivos non liberassent. nec ad obedientiam christi perduxissent. **B**eatus qui succedit in his preliis: et interficit madianitas: ut iustificetur ex sanguine eorum. **S**anguine demonum sudit qui captivos eripit. **P**urificabit autem in regno dei: ut mundus ingrediatur civitatem dei: vel domini.

Qui pugnaverunt. **A**leg. **O**rig. **S**unt quidam in populo dei qui militat: quod si non obligat se secularibus negociis. **H**i procedunt ad bellum contra gentes munitas et spirituales nequicias: pro his qui infirmiores sunt vel etate: vel sexum: vel proposito. **P**ugnant autem omnibus: ieiunij: iusticia: pietate: mansuetudine: castitate: et omnibus continentie virtutibus. **E**t regressi ad castra victoribus fruntur lahoribus eorum etiam ibel-les qui ad pugnam non vocantur: vel etire non possunt. **S**ciendum autem quod omnia que sumuntur ex his gentibus mutanda sunt: et forte que quid ex hoc seculo assumitur: vel prelio capitur: et imundum est: et purificatione indiget.

[Marginal notes on the right edge of the page, partially cut off. Visible text includes:]
 purificatio...
 madianitas...
 munitas...
 mansuetudine...
 castitate...
 continentie...
 imundum...
 purificatione...
 assumitur...
 imundus...
 intellectus...
 obedientiam...
 christo...
 captivant...
 contraria...
 sentiunt...
 pugnautes...
 captivant...
 intellectum...
 conficere...
 de sexcentis...
 milibus...
 armatorum...
 videntur...
 militare...
 deo...
 sola...
 xij...
 milia...
 eliguntur...
 ceteri...
 relinquuntur...
 in castris...
 Intuere...
 quanti...
 sunt...
 in ecclesia

qui possint pro veritate pugnare. et contra dicentibus resistere. qui sciunt verbi bella tractare. Beati sunt qui pro populo dei possunt pugnare. et de hostibus spolia reportare. Reliqua tamen pars populi que videtur imbellis: si cum quiete resideat in castris: in silentio agat: a moysen non recedat: sed in lege dei permaneat: spoliorum partem habebit. Fiet enim equa portio: non per numerum: sed quantum datur omni populo. tantum. xij. milibus qui spolia ceperunt. Quis hoc audiens non aietur pro ecclesia pugnare: et iniuriis veritatis resistere. qui dogmata ecclesie oppugnant. vel voluptati et luxurie docent operam dare? Qui ergo hos expugnat: vel in se. vel in proximis vicia punit: capiet spolia multa quinquagesimam multiplicata que ceteri. In tantum enim numeri quantitas videtur augeri cum sexcentis milibus. xij. milia conferuntur. Offere tamen vtraque pars iubetur deo. et illi quidem qui videtur vni ex quingentis. Qui autem domi re sederunt vnum ex. l. Vterque autem numerus sacratus est. Unde vnus debebat denarios quingentos. et alios. l. Sed et septem septemque vno addito quinquagesimum diez faciunt: que pentecostes festiuitas dicitur. Similiter. lxx. septimanae addita vna decade quingentos reddunt. Et quanto plures sunt. lxx. septimanae que. vij. tanto prestantior est numerus quingentorum que quinquaginta.

asinis. xxx. milibus quingentis. et de hominibus sedecim milibus tulit moyses quinquagesimum caput. et dedit leuitis qui excubabant in tabernaculo domini: sicut preceperat dominus. Cumque accessisset principes exercitus ad moysen. et tribuni et centuriones dixerunt.

Nos serui tui recensuimus numerum pugnantium quos habuimus sub manu nostra. et ne vnus qui dem defuit. Ob quam causam offerimus in donariis domini singuli quod in preda auri potuimus iungere phibellides et armillas tanulos et dextralia ac mureculas: vt deprecemur pro nobis dominum.

Cumque accessissent. **Orig.** Differentias esse et profectus meritorum in populo fidelium. et in alijs locis et hic colligimus de eo quod scriptum est. Et accesserunt ad moysen omnes qui constituti erant principes per tribus in exercitu tribuni et centuriones. et dixerunt ad moysen: Nos pueri tui collegimus summam viros bellatorum nostrorum. et non dissimulit ex nobis quinquaginta et obtulimus munus domino. Loquitur ergo ad moysen electi principes qui constituti sunt super exercitum. et pro rebus bene gestis munera offerunt domino dicentes: Nos pueri tui sumus qui accepimus summam filiorum israel bellatorum. lxx. milia qui electi sunt ex omnibus tribubus: vt pugnarent contra madianitas. Sunt ergo in populo dei bellatores multi. et multi imbelles. et inter bellatores quidam qui appellantur summa bellatorum: eminentiores. scilicet inter bellatores. et rursus his celsiores qui constituti sunt super eos principes et prelati singulis milibus electorum. Est ergo multa diuersitas in ordine bellatorum. Inter imbelles quoque est aliqua differentia. Quidam enim ita sunt imbelles vt nunquam possint fieri bellatores vt senes. femine. serui. Pueri vero ita sunt imbelles: vt sperent fieri bellatores cum occurrerint in virum perfectum. et in mensura gratis. etiam in summam bellatorum venire se sperant. et esse electi in. xij. milibus: vel esse principes electorum. Considera omnia presentia seculi repleta bellis: et demonum inuisibilibus prelijs perurgenti. In populo vero dei esse quosdam fide robustos. virtutibus armatos. qui huiusmodi bella conficiant. et semper in prociactu positi etiam eos qui pugnare non possunt ab hostibus tueantur verbo et exemplo: si tamen non desit eis fides. Impossibile est enim sine fide saluari. Inter ipsos bellatores sunt alij parati et expediti: vt nullis se implicent secularibus negocijs. meditates in lege dei die ac nocte. Hi summa bellatorum appellantur. Non est autem dictum de communi numero bellatorum quod nemo in eis dissensit: sed de his qui summa bellatorum dicuntur. In talibus enim nulla dissensio. nulla discordia

De his. n. dictum est. Multitudinis credentium erat cor. u. et a. n. etc. Hi sunt qui plurimum auri pugnando ceperant. et omne aurum et ornamentum. siue capitis. siue brachiorum. vel digitorum. i. quicquid intellectibus vel operibus habet: deo offerunt. scientes quod munera eius data eius sunt. ideo nec vnus dissensit (dissentientes enim non possunt offerre. Unde. Si offers munus tuum ad altare: et memoratus fueris quod frater tuus habet a. aduersum te. i. m. t. etc) vt leuent. scilicet manus suas ad decum sine ira et dissensione. In multis enim

Susceperuntque moyses et eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondere. xvi. milia septingentos. scilicet siclos a tribunis et centurionibus. Vnusquisque enim quod in preda rapuerat suus erat. et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonium in monumentum filiorum israel coram domino.

C. XXXII.
Hii autem ruben et gad habebant pecora multa. et erat eis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent iazer et galaad aptas aialibus alendis venerunt ad moysen et ad eleazarum sacerdotem. et principes multitudinis atque dixerunt: Astaroth

si armonia cordarum consonanter aptatur: suauis sonus reddit. si aliqua sit dissensio carminis dulcedo corrumpitur. Ita si dei milites dissentiant ingrata sunt omnia deo: etiam si bella multa conficiant: spolia multi deferant: et munera offerant. Dicit enim vade prius reconciliari fratri tuo etc. Si enim in aliquo dissentis a mandatis dei: nec hostem vincere potes. In eo enim ipso iaz vitus es a diabolo. in quo dissentis a deo. Si ergo vis vincere et summa bellatorum esse: adhaere deo: concordare cum ipso dicens: Quis nos sepabit a caritate christi: tribulatio: an gustia: etc. Qui talis est: potest vincere madianitas. et interficere omnes peccatores terre. i. carnis fornicatione. imundicia. passionem. concupiscentiam auaricia et huiusmodi. Et sic erit dignus offerre omne vas aureum. aut viriolam. aut anulum. aut dextrale. aut cathenulam

Torques ornamentum sapientie est. In proverbis enim de sapientia dicitur: Qui acquisierit eam: torquem auream ponat circa collum suum. Viriola et anulus ornamenta sunt manuum. in quibus signatur opera. Similiter et dextrale. Cathenule vero verbi et doctrine connexiones significant. **De preceris pro nobis. Orig.** Ad propiciandam deum pro nobis. Si dicamus propter aurum deum propiciam fieri hominibus: absurdum et impiu indicatur. Hoc enim in viro bono notabile dicitur. Per aurum ergo virtutes et opera bona signantur: que sola deo digne offeruntur. pro quibus solus decet cum propitiari. **Susceperuntque.** Et accepit moyses et eleazar sacerdos aurum ab omnibus tribunis et centurionibus: et intulit illud in tabernaculum testimonium memoriale filijs israel coram domino. Nota quod que dicitur non ad conspectum visibilem: sed ad mentis memorialem referuntur. Beatus enim est qui recordatur se aliquid boni operis fecisse coram domino. et obtulisse munera beneplacita deo. virtutes. scilicet animi: et ornamenta pietatis. **C. XXXII.**
Filii autem ruben. **Orig.** Dia que dicitur: non solum ex sermone que dicitur pensanda sunt: sed ex persona dicentis. Si puer loquitur: aias nral ad auditum eloquij puerilis aptamus: nec plus in his que dicuntur que puer sentire poterat expectamus. Si autem vir loquitur: continuo contemplanur. si viro digna sint que dicuntur. et si eruditus sit: pro eruditionis intuitu etiam dicta pensamus. Si autem imperitus et ydiota: aliter que dicuntur accipimus. Si autem senior aut multe peritie ac probate (vt qui in eruditione coseuuit) longe in eo maior habebitur victorum expectatio. Hec autem qui loquitur spiritus sanctus est. vnde enim poterat moyses que ab origine mundi gesta sunt: vel in fine gerenda narrare: nisi spiritus dei inspiratoret. Unde potuisset de christo prophetizare: Christus enim ait: si crederetis moysi: crederetis vti que et mihi: de me enim ille scripsit etc. Hoc ergo secundum maiestatem loquentis

oportet intelligi. unde abrahā dicit. **H**abent moysen et prophetas: audiant eos. nō hoīes in corpore positos significās: sed q̄ ab eis scripta sunt dictā te spiritu dei. Moysi ergo litteras remoto velamine ita intelligamus: vt singulis dici videatur. vt si intelligant auditores et obseruent: nō eant in locū tormentorū sicut dines qui audire cōtempserunt: sed in sinū abrahę vbi lazarus requiescit. **H**ec tamē ad liquidū scire ipsius puto esse spū sancti q̄ inspirauit: et ihesu christi qui ait. **D**e me enim ille scripsit: et patris: cuius cō-

filiū antiquū hūano generi nō nudū sed velatum litteris indicatur. Sed iam ad sensum eorū q̄ latere videntur veniamus. **D**uobus modis de egypto exiit. **C**um enim quis de errorū tenebris ad agnitionis lumen adducitur: et de terrena cōuersatōe ad spūalia instituta cōuertitur de egypto videtur exisse: et ad solitudinē venisse ad illū. s. vite statum in quo per silentiū et quietē diuinis legibz exerceatur. et celestibz eloquijs imbuetur. per que institutus et directus cū iordanē transierit: propter vsqz ad terrā promissionis. i. per gratiam baptis mi vsqz ad euangelicā instituta. **E**xit etiā aīa de egypto: cū relinquit huius mundi tenebras. et corporee nature cecitate et trāsfertur ad aliud seculum. qd̄ sinus abrahę. vt in lazaro. vel paradisu vt in latrone indicat. vel si qua nouit de esse alia loca vel māsiōel. p̄ que transiens aīa deo credens. et perueniēs vsqz ad flumen qd̄ letificat ciuitatem dei vltra ipsum fontē hereditatis promissę patribz accipiat. **C**uz ergo dupliciter designet egressus de egypto. et trāsitus ad desertū. et inde egressus ad sanctę terre hereditatē: videamus qd̄ sibi velit rubē et gad et dimidia tribus manasse hereditas. q̄ p̄ moysen traditur. et extra iordanē decernit. **I**n. xij. tribubz filioz

israel. mystice totius humani generis figurā cōplectitur. vel omnīū q̄ ad agnitionē dei venerunt. **H**oz pars extra iordanem hereditatē consequitur per moysen. **P**ars vero trans iordanē in terra promissionis per ihesum. **E**t quidem illi quibus extra iordanē hereditas datur: primitiui sunt. licet minus nobiles. licet nō inculpati. **R**uben nāqz ē primogenitus iacob: licet ptaminauerit thoz patris. et gad licet ex ancilla. **M**anasses quoqz cuius dimidia tribus extra iordanē hereditatē consequitur: quāuis de egyptia natus: tamē primogenitus ē. **D**es ergo isti primogeniti sunt. et ideo significāt

et dibon et iazer. et nemra elebon et eleale. et sabam. et nebo. et beon.

Terra quā percussit dominus in conspectu filiozum israel regiōis

vberime est ad pastum animaliu ^{greg.} **Q**uos multa mūdi ipedimēta occupāt. **E**t nos serui tui habemus iumē ^{habitationē celestis patrie non desiderant.} **T**a plurima. precamurqz si inueni-

mus gratiam coram te vt des nobis famulis tuis eam in possessionem. nec facias nos transire iordanem. **Q**uibus respondit moyses: **N**unquid fratres vestri ibūt

ad pugnam. et vos hic sedebitis? ^{orig.} **N**ota qz volentes vltra iordanē re- **L**ur inbuertitis mentes filiozum ^{manere increpat moyses. i. lex.} **I**srael ne transire audeant in locū

quē eis daturus est dominus? **N**ō ne ita egerunt patres vestri. quādo misi de cadesbarne ad explorandam terram. **C**unqz venissent vsqz ad vallē botri lustrata omni regione subuerterunt cor filiozum israel vt non intrarent fines quos eis dominus dedit. **Q**ui iratus iurauit dicens: **S**i videbunt homines isti qui ascenderunt ex egypto: a. xx. annis et supra. terrā quā sub iuramento pollicitus sū abrahā. ysaac. et iacob. et noluerunt

priore populū qui nō per ihesum. sed per moysen hereditatē extra iordanem accipiunt.

Terra quā per. **z. hie.** **S**unt multi in ecclesia qui paruuli eē de spiciunt. et in loco hūilitatis positi. imanes apud se esse nō desinūt. hi honoribus extollūt. voluptatibz perfrunt. et rez multiplicitate dilatant. p̄esse appetūt: et a multis timeri. recte viuere negligūt. et famā bonę vite habere cupiunt. adulationes querūt. fauoribus intumescūt. et qz presentiu

sequi me p̄ter caleph filium iePHONE cenezeū. et iosue filiū nur.

Isti impleuerūt voluntatez meā. **F**ratulqz dominus aduersuz isra

el: circumduxit eum per desertuz xl. annis. donec consumereē vni

uersa generatio que fecerat malū in conspectu eius: **E**t ecce inquit

vos surrexistis p̄o patribz vris incrementa et alūni hominū peccatorū vt augetis furorez domini

contra israel. **Q**ui si nolueritis sequi eu m. in solitudine populū de

relinquet. et vos causa eritis necis omniū. **A**t illi prope accedentes ^{alias amos.} dixerunt. caulas ouiuqz fabricabimus. et stabula iumentozum. par

uulis quoqz nostris vrbes munitas. **N**os aut ipsi armati et accicti

pergemus ad p̄elium ante filios israel. donec introducamus eos ad loca sua. **P**aruuli nostri. et qd̄

quid habere possumus erunt i vr

bibus munitis propter habitatorum insidias. **N**on reuertemur in

domos nostras: vsqz dū possideāt filii israel hereditatem suam. nec

quicquā querimus trans iordanē

copia delectatur. vt tura gaudia nō requirunt. **C**ūqz eos multiplex actō occupat. et a semetipsis alienos demonstrat. **S**i quā tamē fidei temptatio exurgat (qz ea speci etenus cōtinent. ver bis eā et laboribz defendūt. et celestem patriā vēdicant. nec tū amāt. **Q**uos hū rubē. et gad. et dimidia tribus manasse significāt: qz multa pecora et iumēta possidētes. dū circa iordanē cāpēstria cōcupiscūt. in terra pmisionis hereditatē habere noluerūt. dicentes: **T**erra quā percussit. do. i. cō. fi. il. re. vb. ē. ad. p. a. zc. **Q**ui ergo iumenta plurima possidēt: iordanē trāsire refugūt. qz quos multa mūdi iplicamēta occupāt: habitationem celestis patrie nō requirunt. sed fides (quā spectemus tenent) inire pat ne ociosi delectatione torpescāt. et alios exēplo suo a laboris tolerantia. et studio longanimitatis frangāt. **U**nde eis p̄ moysen dicit. **Q**uid fratres vestri ibūt ad pugnam. et vos hic sedebitis? **S**ed quia erubescūt nō desedere qd̄ cōtinent. p̄ fide ad certamē p̄perant. eāqz nō sibi. sed p̄is vendicant. **C**aulas ouiu fabricam. et stabula iumentozum zc. **Q**ui mor fortes pro alijs veniūt. et reprobis missionis terrā ab hostibz liberant et relinquūt. ad pascēda armenta extra iordanē redeūt: qz cōtra fidez baptisimū tota mente

et desiderio rebz perituris inserviūt: qz hereditatē terre pmisionis. i. fructū fidei nō amāt. **S**icqz p̄ illa pugnat: vt sua pignora extra illaz deponāt. qz enī paruulos foris habēt affectū i eius habitatione nō habēt. **U**nde ad cāpēstria redeūt. qz ab altitudine montiū quasi a spe celestiu dilabūt vt extra terrā pmisionis bunta aīalia nutriāt. irrōnabiles. s. motus aī vānis desiderijs. qz eterne lucis claritatē nesciūt dū trāsitorijs excecantur. **I**umenta plurima. **U**rig. **I**umēta et pecora multa sunt zc. **P**ri or p̄s ad hereditatē illius terre q̄ lacte fluit et melle. nō potuit peruenire.

nec verbum caro factum agnoscere: quia multa iumenta et pecora habebat. Animalis enim non potest percipere que sunt spiritus dei: nec spiritualiter diiudicare: quia cum homo in honore esset non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus. Accepit ergo ille populus hereditatem per moysen terram. scilicet duorum regum. non enim amplius potuit interficere moyses nisi duos reges. quorum terram divideret populis multa animalia multaque pecora habentibus. Illis vero qui iordanem transierunt iherosolymis dividit terram. Quibus enim animalia habeant et pecora: non tanta que eos excludant ne iordanem transierint: sed cum ipsis et mulieribus et infantibus contendant transire: et ad patrum promissa pervenire. Illos autem hec omnia remorantur nec possunt iordanem transire nec ad fidem transire: que est terra promissionis intrare.

